Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Clarorvm Virorvm Epistolae latinae, graecae et hebraicae uariis temporibus missae ad Ioannem Reuchlin Phorcensem LL. doctorem

Reuchlin, Johannes

Tubingae, 1514

urn:nbn:de:bsz:31-271815

Visual Library

O 42
A 537

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

042 A 537 R

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

1941, nr. 1597

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Johannes Reuchlin

042 A 537 R

CLARORVM VIRORVM EPISTOLAE latinæ græcæ & hebraicæ uariis temporibus missæ ad Ioannem Reuchlin Phorcensem LL. doctorem.

(1514)

Ioannes Hiltebrant Suecingensis studiosis omnibus S. P. D.

Superioribus diebus optimarum artium professores Ioannes Capnion Phorcensis uir egregie doctus, ad nos attulit quod ex uariis clarissimorum uirorum literis concinnauerat opusculum hoc elegans, eruditum, elaboratum solerter atq; prospicienter, ut est ipse rei literariæ studiosissimus ac præstabilis homo sapientiæ. Illud quoniam impense nobis placuit, risu & osculo excepimus, dignum arbitrati quod in apertum proferatur, dignum quod in arce collocet quasi illa Minerua Phidiæ, dignum quod labore atq; diligentia nostra in manus hominum ueniat q̃ emendatissimum. Tum q̃ ad cõmunem omnium studiosorum cõmoditatẽ, & generosi animi Capnionis nostri laudem spectare uidebatur. Tum etiã q̃ epistolæ in eo ipso sunt familiares, quotidiano puroq; sermone contextæ, non latine modo, uerum & græce & hebraice, quas nemo bonus rerũ æstimator aspernari poterit. Quippe quæ fluunt, quæ affectatæ non sunt, quæ curam non dico non norunt sed respuunt, hoc est de composito non recipiunt, & accedentem inferriq; cupientem excludunt, ita ut diligentiæ quidem sint penitus in his uestigia, sed repressæ quodammodo & repudiatæ. Nõ sum ego tam solers, ut introspicere possim ingenia tot tantorumq; uirorum, diiudicareq; magnitudinẽ eorum atq; fœcunditatem. Qd si quispiam omnium omnes eas ratione & animo lustrauerit, nihil aliud inueniet, q̃ q̃ ornatissimi uiri copiosam & arcanam multiplicis disciplinæ peritiam ac bonitatẽ cum summa prudẽtia coniunctam in Capnione nostro ita amplectuntur ut admirantur, ita admirantur ut commendare non desinant. Adeo ut perspicue καθάπερ ἐν κατόπτρῳ καὶ ὥσπερ ἐν γραφῇ. i. tanq̃ in speculo & tanq̃ in tabula ex illis est uidere uaria testimonia uitæ doctrinæ atq; commẽtationum nobilissimi Capnionis nostri, uiri ut semel laudes eius in summa complectar, digni, quem unice diligant amentur & ueneren tur honestissimi quiq;, utpote talis qui ad multorum utilitatem natus uideatur, quemq; omnis dubio procul sit admiratura posteritas, cum liuor quieuerit, & autoritatẽ dies lẽta præscripserit. Est illi mite & tractabile ingenium, facies liberalis, est ingenuus totius corporis & quidẽ senatorius decor. Sed ne fortasse me putetis indulsisse amori meo, supraq; q̃ res ipsa patitur sustulisse, a prædicatione illius tam

Landes-Bibliothek Karlsruhe
Z 8

etsi inuitus digredior. Siquidem fide mea spōdeo, omnia longe ampliora quam a me dicuntur inuentu esse facilima. Diligo quidem uirum ardentissime sicut meretur, uerum hoc ipsum amantis est, non onerare eum laudibus quem amore prosequitur. Accipietis igit̃ iam nunc quemadmodum speramus ἀμφοτέραις χερσὶν .i. ambabus manibus bonarum literarum amantissimi paruum id opusculum, & degustabitis huiuscemodi illustrium uirorum scribendi genus, impressionis nostræ æqui indices, affectiq; beneficio minime ingrati. Quod si feceritis, dabimus bene iuuante Domino magistro Christo Iesu, rege & iudice & deo nostro meliora in posterum, nec nō bonæ frugis plenissima. Valete.

Philippus Melanchthon Bretthanus
lectori S. D. P.

Solent inter genera literariorum monumentorum egregie probari quæ natura facilius q̃ arte fluunt. Illis em̃ plane quid in cuiusq; sit ingenio situm spectari potest, uti natura natam artem Pythagorica disciplina constat. Inter illa præcipuum est epistolare quod familiaritate sua calorem subitum ostendit, multa laude celebratū a grauissimis autoribus. Epistolis enim res maximæ plærunq; agunt̃, quare ut de plurimis q̃ elegantissime scribi diciq; possit, literas ad Ioannem Reuchlin summa integritate, summaq; prudentia uirum scriptas, multiiuga eruditione prodire uoluimus, Qd̃ Germaniæ nostræ clarius contingere nihil possit, q̃ si autore Ioanne Reuchlin quem ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θέα γλαυκῶπις ἀθήνη, exterarum gentium monumentis laudetur splendide, hoc nanq; epistolæ ferè omnes argumento notātur. Cæterum qui sit epistolaris character rectissime cerni potest, nam familiaritate tegunt artificiū ne sermoni epistolari satisfecisse negentur, qui Libanio sophistæ placet. Finitur enim à Libanio epistola ὁμιλία ἐς γράμματος ἄποντος πρὸς ἄποντα γινομένη καὶ χρειώδη σκόπου ἐκ πληροῦσα ἐρεῖδέ τις ἐν αὐτῇ ὥσπερ ἄποντι πρὸς ἄποντα, quod ita uidetur expressisse M. Cicero eleganter quidem & uti suis ingenii moribus solet fœlicissime ad Curionem, unum illud certissimum epistolarum genus, cuius causa res ipsa inuenta est, ut certiores faceremus absentes si quid esset quod eos scire aut nostra aut ipsorū interesset. Epistolas igitur contextas sermone puro qui lumen rebus adhibet, ac emendato, quem Cicero latinum uocat, familiari diluci

do ac breui, ꝙ hoc sermonum genus dialogo similimum putetur, Deniq; proprio ut res effingi q̃ explicatissime uideatur habetis adolescentes optimi, ut artem imitando discatis, magna enim pars artis imitatione cõtinetur, ut est apud Quintilianum. Neq; quo studia uestra magis adiuuari queant uideo q̃ iunctis exercitii ac imitationis uiribus græcas sentẽtias latinis uerbis, latinas uero lectis uerbis aliis pronunciate. Idq; frequentissime ut profuisse uobis Ioannes Reuchlin Germanorum studiorum antesignanus dicatur. Illis enim si uos eruditos uiderit ut antea dedit plurima, grauiori uos munere donabit. Valete.

Andronicus Contoblacas natione græcus Vtriusq; linguæ peritus, Ioanni Reuchlin phorcensi. S. D. P.

Vum modo ingenium literarũq; græcarum experti doctrinam, magnopere optamus atq; hortamur, ut alios græcas literas edoceas, quod multum conducet, nam non solum tibi id muneris prodesse, sed etiam audientibus honori fore arbitramur. Quare tua doctrina atq; nostra autoritate fretus, literas græcas audire uolentes erudias, ut & ipsi doctiores indies euadant, & tu ipse in legendis autoribus clarior ac uenustior sis. Vale. Basileæ. Anno M. CCCC. LXXVII.

Georgius Hermonymus Spartiates natione græcus. S. D. P. Ioanni Reuchlin phorcensi Aurelianas habitanti.

Proximis diebus mirifice delectatus sum suauissimis literis tuis, quas & pulchre & eleganter ad me scripsisti. Quare ego ut satisfacerem officio meo, decreui pauculis tibi respondere, ne si forte ad te scribere omitterem, tu ipse iure optimo condemnares me crimine ingratitudinis, quo apud Persas nullũ grauius aut acerbius teste Xenophonte puniri solet, sed ut ad rem redeam. Tu mi Ioannes recte facis literis græcis operam dando, non enim minus ornabunt te q̃ literæ latinæ. Nosti enim sententiam Flacci poetæ celeberrimi, uos exemplaria græca nocturna uersate manu, uersate diurna. Da igitur operam libris græcis, tu qui tali ingenio præditus es & ἀφ' ἁπαλῶν ὀνύχων ut aiunt optimis disciplinis atq; artibus institutus es. Mitto ad te introductionẽ grammatices Theodori. De λεξικῷ autẽ, meum nõ est, sed amici cuiusdam, precium erit scuta sex. Fabulas quas in camera mea uidisti non sunt uenales. Habeo tamen manu mea scriptas, quæ erunt ad beneplacitũ tuum. Si dictionariũ esset in potestate mea, facerẽ tibi placitũ, quemadmodũ & in grãmatica feci. Vale fœliciter. Ex urbe Parisiorũ die viii Feb. Anno. M. cccc. lxxviii

Demetrius chalcondyles Athenienſis Ioanni Reuchlin phorcensi Iurisperito. S. D. P.

Doctissime ac præstantissime uir, legi libẽter literas tuas, quibus puerum optimæ indolis fratrem tuum nobis commendas, quibus & animum tuum ingenuũ & opinionem minime uulgarem cognoui. Quod enim puerum tam karum & tam tenera ætate procul a patria & a complexu parentum tuoq; miseris, eruditionis ac doctri

næ causa non sine magna impensa & multis incommodis ac solici tudine animi,non mediocrem mihi facit admirationem,hac præ sertim ætate nostra,in qua literarum studia iacere uidétur ,cũ igna uia & ignorantia principum,tum maxime cupiditate hominũ cir ca quæstum,quem omnibus bonis artibus maior pars hominũ an teponit.Sed tu nõ hos homines sæculi nostri imitatus,uerũ illos ue teres præclaros & ingenuos uiros tam græcos q̃ romanos secutus, qui longas peregrinationes,doctrinæ ac scientiæ gratia facile subi bant.Tam nobilẽ opinionẽ maximeq; homini conuenientem & ra tioni consentaneã non modo in animo fixe habes.sed re etiam in tibi charissimo executus es,Quamobrẽ & tu uir optime multa com mendatione & admiratione merito dignus es,& nos cum tua tum ipsius pueri causa qui nobis ingenuus est uisus, eum benigno & ala cri animo & uidimus ac suscepimus,& omnẽ operam impendimus ut cum uiro graui & doctrina & bonis moribus prædito maneret. Atq; in posterũ quicquid poterimus libenti animo in eum confere mus,ut nõ modo humanitatis officio quantũ in nobis est satisfacia mus,uerũ etiam & rem gratã tibi & principi tuo faciamus,qui tam diligenter ipsum cõmendauit.Cui & nos pro humanitate tua com mendabis,& nostram operã si quid possimus ultro offeres.Bene fœ liciterq; vale.Die.xvi.Iunii. M, cccc. lxxxxi.Florentiæ.

Marsilius Ficinus Florentinus Ioanni Reuchlin
Phorcensi & Lodouico Nauclero Germa
niæ Iurisconsultis. S.

Scribitis ad nos uestroq; nomine Germaniæ principes Florentiã adolescentes erudiendos tanq̃ ad Academiam mittere,Sed ea inte rim elegantia scribitis,ut non ad Academiam filios, immo ex Aca demia mittere uideamini,atq; apud exteras nationes perquirere uo bis iam domesticã disciplinam, Quæ rerũ uicissitudo est? Quantũ insolentes plæriq; more sophistarũ aliena temere profitentur,tantũ uos modestissimi uiri uel ,ppria ritu Socratico diffitemini,hoc præ cæteris admirãdi,q; q̃ curiose multi lapillos terræ uisceribus recon ditos perscrutantur,tam accurate uos cælestem sapientiæ splendo rem ubiq; gentium prosequimini,Quamobrem incredibili quodã amore erga uos affecti,adolescentum uestrorum curam pia mente

ſuſcepimus,Et in primis inſigni pietate hoſpiti commendauimus, Dabimuſq; indies operam ut ager natura fertilis frugem quandoq; proferat fœliciſſimam. Vos igitur bono animo eſtote, & principibus ueſtris noſtro nomine reſpondete. Magnanimum Laurentium Medicem cuius & ipſi clientes ſumus adoleſcentum prouidentiam libentiſſime ſuſcepiſſe. viii, Iunii. M. cccc. lxxxxi. In agro Caregio Florentiæ.

Ioannes Streler Ioanni Reuchlin Phorcenſi S.D.

Certior factus es certo ſcio quale ocium nobis ſit, & qualis ualetudo, quæ deniq; prouiſio doctorum hominum atq; aliarum rerum neceſſariarum. Fruimur nos ſinguli bona ualetudine, Incipiunt nũc uacationes quibus dabimus operam libris græcis. Ea in re ad prima elementa addiſcenda meliorem præceptorem habere in hac urbe non poſſemus q̃ noſter patronus ſit. Scribimus quotidie & græce & latine. Verſamur nunc in tertia declinatione ſynæreſiata, Poſt uacationes leget Chriſtophorus Landinus Horatium & Rhetoricam Tullii nouam. Lippus uero cæcus Eneidos libros Maronis & Quintiliani opus. Mihi uidetur non fore inutile ut accederent ad aliquos ſaltem Dionyſius & Ioannes, quamuis patronus noſter conſulere quandoq; noluerit, neſcio quamobrem. Quid tu uelis me in hac re agere fac non ignorem, Scripſi etiam tuæ humanitati de Angelo politiano doctiſſimo utriuſq; linguæ uiro, quid agendum ſit, Nam is continuo eſt apud diuinum illum uirum comitem de Mirandula, apud quem etiam ego ipſe his diebus fui. Commodiorem autem uiam excogitare non potui, qua mihi in eius Comitis ædes ire tandem aliquando liceret, eumq; illic philoſophantem audire, q̃ ut te ipſum tanquam tuo nomine atq; iuſſu illi commendarem. Sic enim finxi, qui ſtatim ait, Eſt ne is qui ſuperiore anno penes me hic fuit, aliqua de Orpheo interrogans ſi recte memini. Ad hæc nos tuos ei commendaui, rurſus certe nobis pollicito ſummam humanitatem quibuſcunq; in rebus poſſit prodeſſe. Vnum hoc deniq; orabat, ut ſi qui iſtic uel in monaſteriis uel aliubi eſſent libri rari, eorum ad ſe indicem mitteres. Quod ſi eſſent aliqui ex antiquiſſimis emendate ſcripti litera Longobarda ne ſe cælares, quorum enim ſibi copia non eſſet, eos ſe curaturum ut excriberentur aiebat

Da igitur operam ut illi mos geratur, quo non ei tantum sed etiam Laurentio Medici gratissimũ facies. Bibliam hebraicam hactenus habere nõ possum. Vale. Ex Floren. vi. Idus Augu. M.cccc.lxxxxi.

Ioannes Streler pædagogus Ioanni Reuchlin phorcensi iureconsulto S.

Accepi binas tuas literas uir humanissime, quibus me esse negligẽtem tuis in rebus iudicas, Aliter multo de me sentis q̃ res ipsa habeat. Nam si scires qualem in eis adhibuissem diligentiã, non esset eiuscemodi tua de me opinio. Testis erit Marsilius Ficinus pater noster atq; Conradus. Non est ea copia librorum apud nos Florentiæ quã opinaris. Nullam adhuc possum habere bibliam hebraicã, nisi unam quæ est Bononiæ, quæ tamen caret aliquot quaternionibus, quã coemere nolo. Si tamen posthac ad nos adueherentur aliqua, satisfacerem uolũtati tuæ. Orationes Aeschynis nequaquã reperio, Plotinus non est usq; huc integre impressus, ualebit duos aureos rhenenses, Platonis opera cum theologia nuper Venetiis impressa tibi emi. Item Hexaemeron Mirandulæ. De græcis libris tibi coemẽdis hoc scias, fui penes omnes hic librarios, nihil horum prorsus reperio. Marsilius iussit q̃ hæc tibi significem, si ii libri quos habere cupis essent hic uenales, subito a magno Laurentio, ut ita dicam, raperentur, pueri ualent, dant operam studio non negligentẽ, agam cum eis pro tuo iussu. Dominus Demetrius nunc Mediolani legit, quem habituri simus hic qui græce legat postea significabo, Vale. Ex Florentia. vii. Kalen. Decembres. M. cccc. lxxxxi.

Ioannes Streler Ioanni Reuchlin phorcensi. S.

Martinus Breminger tibi offert Platonis opera cum theologia, Heptaplum ac Miscellaneas Angeli politiani, de expẽsis tu cum eo conuenias, librorum precia mihi iam soluisti, Plotini opera sunt finita, quæ si optas fac ut sciam. Nullos libros græcos hic uenales reperio. De biblia hebraica ero certior cum Holtzhuser uenerit ex regno Neapolitano, alia nõ sunt impressa, Valemus omnes recte, Dionysius profecto bene studet, te non pœnitebit impendiorum certo scio, nullis eget calcaribus, tamen Italiam amare non uult, Semper autem plus cuperet uiuere in Germania. Scribũt ad me frater meus & sororius Vitus Regel multa de tua erga eos humanitate singulari, ago tibi gratias, q̃ non solum me sed etiam meos amore pro-

ſequaris. Vxorem tuam pudiciſſimam ualere plurimum opto. Tu quoq; bene uale uir obſeruandiſſime, & me commendatum habe. Dominus Mirandulanus nunc Ferrariæ ſtudio incumbit, de reditu ſuo neſcimus. Cætera ex Martino audies. Iterũ uale optime. Florentiæ iii Kalen. Iulias. Anno. M. cccc. lxxxxii.

Ioannes Franciſcus Picus Mirandulæ dominus, Cõcordiæq; comes, Ioanni Reuchlin phorcenſi uiro doctiſſimo.

Salus tibi uir doctiſſime, Tertio iam ex negocio mihi Germaniã petenti id animo inter eximia deſyderia penitus inſederat, ut te de facie cognoſcerẽ, quem ex literariis operibus pridem ſuſpexeram, Sperabamq; facilius eo fieri me uoti compotem, q̃ tui ducis regio non abeſſe diceretur a loco in quo celeberrimus iſte Regum principumq; cõuentus agitur. Quem tua etiam præſentia (quando huc plurimi & præcellẽtes uiri confluxerunt) honeſtandum impenſius coniectabar, Sed inania plurimũ noſtra uota, incenſum quippe diu animum cognoſcendi tui Bonomus Tergeſtinus antiſtes tum inflãmauit, cum omne deſyderium prorſus elanguiſſet. Vbi enim reſciui per occupationes tibi non licuiſſe diſcedere, tuarũ illico præconia laudum intonuere, adeo ut & maceratus deſyderio ſim, & euanida ſpe prorſus fluctuauerim. Hinc uenit in mentem ut damna iſtæc re ſarcire quoquo modo per epiſtolam curarẽ. Scias igitur uelim me tibi, me tuæ uirtuti tam addictum q̃ qui maxime. Quod ne dictum ad præſentem gratiam putes, Teſtatum id omnibus relinquent nõ nullæ ſcriptiones meæ, Nam & in ſeptimo operis cuiuſdam de rerũ prænotione libro, & in carmine Heroico, quod de myſteriis in Germaniam cœlitus lapſis procudi, honorifica tui mẽtio facta eſt. Adſcribito ergo me poſthac in Rationario tuo, inter ea nomina quæ tibi debẽt quod de literis optime es meritus. Sciaſq; uelim q̃ ni a turbulentiſſimis negociis detinerer, ad te uiſendum conuolaſſem. Pro meis enim oppidis fortunis omnibus ad Cæſarem me contuli, quem pro ſua clementia proq; mea in illum fide & meritis exorandum ſperaui. Vale mei memor. v. Aprilis. M. ccccc. v.

Gabriel Boſſus Mantuanus Secretarius, Ioanni Reuchlin phorcenſi S. D.

Spectabilis & clariſſime doctor tanq̃ frater honorãdiſſime Accepi literas tuas humanitatis & eloquentiæ plenas, quibus exẽplaris

Homerici expeditionem accuratissime mihi commendasti. Recte sane facis ut qui alioquin doctissimus es, etiam illa heroica lectione plurimũ delectari uidearis. Veruntamen non erat opus adderes calcaria equo sponte currenti. Ego enim pro mea in te obseruantia nihil quod ad rei perfectionem attinet intactum reliqui, futurumq; ita est ut librum ipsum breui in manibus meis sim habiturus, quem postmodum ad te transmittendum diligẽter curabo, quo uoti tui compos fias. Vale mi frater suauissime, & me ut tuo utere. Mantuæ. xiii Kalen. Ianuarias, Anno M. cccc. xc.

Gabriel Bossus Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D,

Spectabilis & præstantissime doctor tanquam frater honorandissime, Redditæ mihi fuerunt literæ tuæ, iiii. No. Martias obsignatæ, quibus percepi ardentissimum animi tui desyderium, ut Homerus in latinum translatus de quo iandiu firmissimam spem tibi ieci, ad te illico afferatur, aperuistiq; propterea mihi baiuli occasionẽ, ne diutius in desyderio atq; expectatione tenearis, Ego qui promissa in animo semper infixa habui, laboraui die noctuq;, ut Homerus ipse totus sine mora transcriberetur. Verum fortuna aduersante scriptor uariis implicitus negociis inchoatum opus absoluere nondum potuit totũ, Quapropter ne uerba pro factis tibi dari fortasse putes, statui partem ipsam perfectam magistro Petro Arlunẽsi Papiæ studenti ad te dare, quo dum altera pars perficietur, interim aliquid habeas quo cum musis ludere possis. Mitto igitur quinternos ut aiunt octo, inter quos ultimus est paucum scriptus, & illud est in causa, q; in exemplari nihil in latinum amplius inueniebatur translatum. Quare non admirari debueris, reliqua omni diligentia persolui curabo. Vale. Et si aliud est quod a me uelis iube, præcipe, manda. Nam tunc mihi plurimum satisfacere uidebor, cum cognouero tibi usui atq; adiumento fore. Quingentulis, vi. Nonas Apriles. M. cccc. lxxxx primo.

Petrus Bonomus Tergestinus imperialis Secretarius Ioanni Reuchlin Phorcensi,

Saluus sis mi Ioannes. Scripsi iam decies Bernardo nostro, itidemq; & Fuchsmagus noster fecit, ut optatos illos libros quos tam topere quæsiuisti ad nos mitteret, quo tibi ubi uelles præsto essent. Nihil uir ipe uel q̃ nimiũ fortasse uxorius uel quod honestius te crẽdere uelim magnis ac arduis rebus implicitus hactenus rescripsit. Quapropter demum iam hominem mordicus literis meis insecutus sum, excitabiturq; ut spero stimulis, qui blandiciis non potuit. Tu interea perfer moram, habes enim paruum istum tuum libellum qui consolari te potest dum altero cares. Afferetur omnino & antiquus si Bernardus non dormiat, & cum ad me peruenerit, tibi seruabitur illæsus, Iacobus tuus Loans an adhuc Viennæ uiuat ignorans sum. Erat tamen paucis ante diebus illic ubi eum reliquisti. Tu vale & me ama, parcasq; si & raptim & pauca ad te scripsi. Nuncius enim iam itineri succinctus me adiit & petiuit literas, arrepto quas tumultuarie calamo ad te dedi. Ex lyntz Die secunda Martii. Anno M. cccc. lxxxxii.

Petrus Bonomus Regius Secretarius Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Saluus sis uir clarissime, Accepi nudius tertius tuas literas, quæ & si calamitatis quãdam faciem præ se ferebant, fuerunt tamen mihi iucũdissimæ, utpote ab amicissimo homine & doctissimo uiro profectæ, tua enim scripta attico illo melle condita, qualiacunq; temporum conditio offerat, exhilarant animum. Doleo profecto mi Reuchlin principis tui intempestiuum obitum, tum ob cætera multa quæ in eo commoda nostri temporis fuerant, tum tui potissimũ causa, Sed nec locus est hic fatum hoc deplorandi, nec si esset, rudis hæc minerua nostra satisfacere desyderio tuo posset, Acquiesce ergo tu qui uerus es Stoicus, quiq; alios consolari optime nosti huic rerum turbationi, qualis indies uiuentibus ingruit, nec te ideo torqueas aut maceres, Est enim communis hæc omniũ uaria sors. Ego tibi quantum & uires meæ ac amicorũ poterunt satisfacere curabo, si clari9 quid petas intellexero. Sũ eñ adhuc dubi9 an aulicus fieri uelis regi9, an lr̃as tñ q̃s ꝓtectionis & familiaritatis appellãt exoptes

Scribe igitur ad me q̃ primum, & interea rebus aduersis animosus atq; fortis appare, & æquam memento rebus in arduis seruare mentem. Habebis eñ omnes eos patronos quos tibi uirtute tua undiq; comparasti, qui te non sinent ab inuidis calcari. Vale, Ex Augusta Vindelicorum. xxi. Aprilis. M. cccc. lxxxxvi.

Bernardus Perger cancellarius Austriæ, Ioanni Reuchlin phorcensi. S. P. D.

Dolens literas tuas accepi, quia me absente Lynciã te petere fortuna dedit, profecto mallem me nescire te illic esse, adeo molestabor hic animo, q̃ iocunda tua conuersatione & doctrina carere debeam. Et nisi conditioni tuæ officere timerem, dominis & amicis meis scriberem, q̃ in absoluendis negociis tuis diem de die traherent, quousq; ipse me uideres, adeo me tui capit desyderiũ uidendi. Noui tamen mores curiæ nostræ, sperans & si moram nõ procurem, sua sponte etiam q̃ntumcunq; te inuito sese offeret. Nam ipse hic paucis diebus ut spero absoluar, & ad te non ad Lynciam quæ mihi inuisa est properare curabo. Si autem interea utiq; te abire cõtingat, me tui amantissimum existima, & mihi crede non minus te q̃ alterum parentem meum & colam & uenerabor. Petis literas commẽdaticias ad Vualdner, eas his alligatas ad te mitto, tum & quasdam alias literas pertinentes in cancellariam meam, quas omñino tu ipse rogo exhibeas. Hei quantum infortuniũ, saltem affuisset ille Petrus, quem sæpe coram te in carmine doctissimum extuli. Is saltem pro me amici officium gessisset, sed ipse ille nescio quorsum ad capiẽdam ecclesiæ possessionem sibi per Cæsarem donatæ ante me dudum exiuit, breui tamen rediturus. Reliquum, nisi sperarem me Lynciæ te conuenturum, cœlum & terram execrarer. Si interea tibi fuerit tediosum stare in diuersorio publico, iam scribo cuidam de cancellaria mea ut te in conclaue meum inducat, Et quicquid literarum uel græcarum uel latinarum habere uolueris, ad usum tuũ donec in Lyncia moraberis illic inuenies & utere ut uoles. Fac tamẽ ut aliquod monumentum literaturæ græcæ mihi relinquas, ut cum uenero, te absentem nihilominus præceptorẽ sentiam. Scribo in fauorem tui Georgio Schrôtel licentiato, ut & is uotis tuis obsequens in curia nostra imperiali pro expeditione Comitis tui diligenter tibi assistat. Doctor Fuchsmagus æque ut ego fortunam ac-

cusat q̃ te condiscipulum olim suum uidere non possit. Salutat aũt te his meis, qui cras aut perendie iturus est orator regius in Hungariam. Vale ex Vienna Die xxvi Martii. M. cccc. lxxxxii.

Ioannes Krachemberger Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D,

Pergratum mihi fuit dignissime uir in literis tuis ad Petrum Bonomum mei memoriam fecisse, & Amphionis titulo decorasse. Placuit profecto illud adiectum, omnes enim (ut dicitur) suauitate laudis rapimur, q̃uis nullos muros huc usq; ædificare potuerim, sed fundo iam uillæ cœpto sub spe altioris structuræ exornandæ, è terra saltem serpere non ualeo. Tenax gleba est, nec uicinis nostris gratus labor. Scit tua humanitas quid uelim, supplicaui tibi ut de nomine græco inueniendo operam adhiberes, quo honestius in latinis literis q̃ barbaro hoc uti possem, an feceris ignoro. Iterum oro ut id facias, & si tibi dignũ uidebitur ad me scribas. Nec dedigneris hominem qui se diu tibi totum dedit, & inter seruos numerari tuos delectatur, Vale doctorum decus. Ex Lyntz xix Februarii. Anno salutis M. cccc. lxxxxiii,

Ioannes Fuxmag Iuris utriusq; doctor Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D.

Gratissimum fuit uidere figuram Sephiroth, quo lucidius intelligo & compertum habeo hebræos gentem supersticiosissimã & illorum autores. Pridie rex Hungariæ literas ad Cæsaream Maiestatẽ secundis rebus gestis plenas dedit. Quia uero illæ totum christianitatis nomen hilaritate exultare nosq; omneis uictoriæ congratulabundos facere debent, eas te latere nolui. Quidam insignior Turci capitaneus Alobeck appellatus qui Symandriam uulgo Sandrõ dictam tenet, quindecim millibus uirorum transsyluaniam in Sibenburgen insperato ingressus, magnam & hominum & aliarum rerũ prædam captam abigere tentauit, quoniam tunc illæ terræ capite carebant, cum Vuayuoda transsyluanus officium suum resignauerit, nec dum alius substitutus extitit. Turcus ipse in hac rerum confusione uictoriæ spem sibi facile persuasit. Quod profecto ut conceperat (nisi deus optimus maximus populum suum armasset) factu facile fuit, Sed cũ ita sæuissent in omnẽ ætatem abituriq; fuissent, necesse erat iter arripere per quædã loca aspera montosa & strictissima, ut bini uno ordine uix incedere possent. Nostri gratia omnipo

tentis animis confortati, illam conuallem & clusam priores occu-
pauere, & transeuntibus Turcis exitum ademerunt. Commissum est
prelium, Turci qui in illo stricto se conglomerare & acies struere
minime potuerunt, a nostris uiriliter aggressi & usq; ad unum dele-
ti, omnisq; præda & christianus quisq; abactus tum liberatus est.
Scribit hæc Hungariæ rex Cesareæ maiestati hortando ut credat,
quoniam ita ueritas rei se habeat. Quare congratulare uictoribus,
iuncta gratiarum actione optimo deo nostro reddenda, q; populũ
suum afflictum misericordiæ oculis respexit. Vale. Ex Lyntz citissi-
me yltima Februarii. M. cccc. lxxxxiii.

Franciscus Bonomus Tergestinus Sereniss. Ro. Reginæ
Secretarius Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Saluus sis Capnion latentissime, sic eũ iure te nuncupem, qui mi
hi istic inter sacras patrum nostrorum literas mẽsem ferè delitue-
ris. Cum alioquin scires nos adeo earum cupiditate teneri, ut nulla
præsentis morbi tam uehemens uis unquam ingruerit, quin semper
aliquid ex sancta lingua uel de lectulo tangeremus, cũ per oculorũ
imbecillitatem lectioni nullus esset locus. Nec illud sane nos a pro
posito dimouit, q; compertum haberemus potissimam ægritudi-
nis nostræ causam fuisse continuum per mensem a prandio statim
laborem, dum prima eius rudimenta capere contenderem. Sed per
ge queso ut cœpisti, & pro nobis quoq; aliquid reponas, quo me dũ
regii morbi reliquias Cleopyrgotanæ aulæ deliciis, puellarum sal-
tatione & omni deniq; uoluptatum genere, per quas morbus is pel
litur excusserim ocyus, De equo de curriculo de naui utcunq; locus
dederit, docere possis. Reliquum est ut te moneam, maiorem nos
in dies rectæ ualetudinis profectũ agnoscere, id quod unus Mœce-
nas noster immo pater hactenus præstitit, ac indies magis præstat.
Hic unus (ut obiter scias) ereptam ferè nobis per clinicos uitam re
stituit, hic nos exanimes iam seruauit. Huic quicquid sum, quicquid
in nobis reliquum est debeo, hic mihi loco ueræ genitricis fuit. Scri
bo ad eum paulo longiorem epistolam de medicorũ seculi nostri
imperitia. Si nõ uacat is, oro tu legas, ut uideas quo mõ hi nos in hac
ægritudine torserint. Fœlix valeas. Ex Cleopyrgotanæ regiæ nuptiis.

Adolphus Occo illustrissimi Sigismundi Archiducis Austriæ
Medicus Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D. P,

Oblectaui me mirifice literarum tuarum oblatione,non modo q̃ docti hominis doctrinam pariter & eloquentiam præcipuam re dolerent,&si hoc mihi omni tempore iucundum est,Sed etiam q̃ summam tui erga Adolphum charitatem beneuolentiamq̃ præ ferebant,& reciproco me abs te amore teneri intelligam.Quod & si indubitatum mihi semper sit,recenti tamen memoria uegetatur in cenditur,& ueluti e somno excitatur animus amici ,Congratularis mihi fortunisq̃ meis,pergratum est,& ego mediocriter admodum gaudeo.Cum magno nanq̃ emolumento curæ maximæ & iugis la bor accessit.O quando parabitur aliquãdo ut his molestiis uacuus philosophiæ quam penitus abdicare compellor, mihiq̃ & amicis uiuere possim.Et tecum amicissime Reuchlin nunc præsens, nunc per literas conuiuere,feram & tempori seruiam ,adnitarq̃ uolente deo ut tibi gratulandi locum nõ euacuem.Vale amicissime doctis simeq̃ mi Reuchlin.Isq̃ nostex perseueret amor quem uulgus intel ligere nequeat.Cuiq̃ uix aliquid possit adiungi. Cõiugi tuæ tibi ob sequentissimæ amicisq̃ cæteris me plurimum efficito commenda tum.Ex Inspruck in profesto Diuæ Catharinæ. Anno Christi M. cccc. lxxxx primo.

Adolphus Occo Medicus Ioanni Reuchlin Phorcensi

Salue uirorum amicissime,Gaudeo te rediisse reducemq̃ Adol phi tui memoriam ante oculos animumq̃ uersare,Ego ut soleo se mitam meam tero.Seni meo aduigilo, lucellumq̃ quod prouenit quod apud nostrates non exiguum esset,cum studiorum meorum grandi iactura de more offertur,crescunt opes,abit aut abiectior ia cere cogitur philosophia,dulcesq̃ ante omnia Musæ. Nescio quid tibi benigniore aliquo numine conceditur. Res gallicas Italicasq̃ ex me petis,tu non dubito(ita nanq̃ affinitate italicis iuncti estis) melius nosti.Scribo quod proxima nocte allatum est,Gallorum Ni comedes qui uictoriã semper in animo uersat a pontifice admissus est Romam ingredi,comitatu iiii millium equitum suffultus. Ex plorauit pontifex in saltibus & syluis Romanis quas nosti, plura ha bere armatorum millia.Deprensi aliquot Cardinales qui confessi sint cum rege factionem pro uinculis Petri operas secretas sese im pendisse.Vrsinus igitur quidam cum decem millibus Romam in gressus cõtra Gallos omnia sese passurum promittit Columnensiũ

domus & palatia intra urbem ut solet euertuntur. Habes summā re rum. In summa autē summarū tota italia in turbido est, Vix cōiici potest quod nam litus æstuātis maris impetus allidet. Sic meriti, sic uisum est superis, nostri regis Germaniæq; rebus deus benignam ad hibeat curam precor, ne ludibrio cūctis ut cœpimus permaneamus Scripsissem tibi uolumen, sed a mensa principis mei nūcius me auo catum uix hæc scribere admisit, si Heidelbergā te fors attulerit, præ sulem nostrum & Fridericum Dalburgium & Plinium meo nomi ne qua nosti humanitate salutabis. Vale, Ex Inspruck x Kalendas Ia nuarias. Anno M. cccc. lxxxxiiii.

Adolphus Occo Medicus Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. P. D.

Redeunt ecce Basilius tuus & Cato græcorum iam edoctus, fece runtq; post literas tuas Bibliothecam mihi q̄ angustissimam, ne ca rior mihi præ omnib⁹ libris καὶ πάντων μὰ δία τῶν ἀνθρώπων κτήμα σιν fides, libelli unius præsentia mihi in periculo esset οὐ γὰρ τοσαῦτα φιλοσοφίας καὶ ἀρετῆς ἀπεδήμησα Phalaridi quoq; quā non crederes de amicis superfuisse querelam οὐ τύραννος ὢν πίστιν οὔτ' ἐν φίλοις βε βαιᾶν εὗρον. Ego librorum supellectilem quanta ubiq; & apud me est doctis omnibus & mihi quoq; doctrinam exiguam profitēti, cō munem arbitratus sum, Sed tuus liber post mensem promissus non rediit. Negligentiam meam fatebor, modo dolo tibi suspectus non existam. Abfui multo tēpore ab Augusta, & quod tu in primis ami ciciæ signum nosti τῆ τῆς φιλίας ἐλευθερότητι diuti⁹ apud me fuit, & pene perennauit. Basilium mendis territus innumeris excripsisse molestum duxi. Cato tibi mancus fuit. ego integrum feci ut cū fœ nore rediret. Aiunt nanq; priscum illum Catonem lucri auidū, qui pote agricola erat. Catonem igitur integrum recipe, quem euolutis sarcinulis meis aliquot codicillis neglectū inueni tibi quoq; in gra tiam absolui, plura facturus librosq; meos om̄es etiam abditissimos communicaturus si expostulas. Postquā nanq; te & amicum καὶ ἐν τῆ φιλίᾳ κοινὸν esse mihi persuasi, quid non libros, reliquamq; su pellectilem amicitiæ uirtute longe inferiorem libētissimo animo communicarem. Vale & Adolphum tuum in amiticia æqua re contendas. Ex Augusta ocyssime quarta Iulii. Anno. M. cccc lxxxx quarto.

Bernardus Adelman nobilis ex Adelmanffelden
Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D.P.

Cum nuper apud fratrẽ meum Ioannes mi doctissime, Conradũ tui amantissimum in Neobron essem, uarius nobis sermo, tum de bonarum literarum ingenuarumq; disciplinarum studiis, tum etiã de gymnasiis nostris præstantiaq; eorum erat. Nanq; cum ego seu studio contradicendi seu potius amore ueri, Italiæ palæstras (ut ita dixerim) tanq̃ nutrices autores opificesq; optimarum artium non modo Germanicis ante uerum etiam totius orbis posuissem, frater ut est homo singularis erga patriam amoris hoc ægre tulit. Conatusq; est Tubingen uestrum Italicis Academiis conferre, modo humanarum literarum studia istic non adeo fugerent. Quod quidem q̃ grauiter molesteq; tulerim, quantumq; de errore detrimentoq; patriæ nostræ conquestus fuerim, minime perscribere possum. Despicimus enim Ioannes mi, immo tanq̃ uenena abhorremus ac aliquando (proh quantum nephas) iisce incumbere prohibemur, quæ latinis iucunda uoluptuosaq;, nobis uero ob nostrã barbariem quantum perneceſſaria utiliaq; esse soleãt, tu ab exemplo epistolæ principis nostri quã cum summo pudore ad te mitto mihi opprobratam, pro tua præcipua doctrina optime intelliges. Nec mihi hi qui hanc doctrinam dealbamentũ quoddam esse putant uehementer aberrare uidentur. Nam uelut hi qui tingunt, cum primum quibusdam id quod colorem recepturum sit præpararunt, tandem postea florem superinducunt siue purpureum siue quemuis alium. Eodem nos itidem modo si ut indelibilis sit apud nos probitatis scientia cupimus, quom hisce disciplinis fuerimus imbuti. tunc cæteris operam demus, & quasi solem prius in aqua uidere assuefacti, ad ipsam uerã lucem intuitum tãdem dirigemus. Hoc fecit diuus Hieronymus, hoc Augustinus, hoc Ambrosius, Gregorius Basilius Eusebius Athanasius Ioannes Chrysostomus, Lactantius, ac deniq; omnes uiri christianissimi, qui usq; ad tempora sancti Bernardi peruenere, atq; in aliquo precio apud maiores nostros habiti fuere. Nõ tamen me præterit multos non philosophos sed philopompos, Non magistros sacrarum literarum, uerum tenebrarum. Non iurisperitos sed potius iurisperditos leguleosq; esse, qui execrantes poeticum nomẽ poetas lasciuiis ac nugis deorum gentilium refertos esse prædicant,

quare ab urbibus autore Platone pelli aboleriq; debeant. Esto con cedatur istis detractoribus poetas mendaces obscenos petulantes esse. Sunt ne omnes? minime quidem. Sed ut istorum prauas ac per uersas opiniones infringam, eorumq; latratibus deniq; satisfaciam. Ipsis pro uiribus ingenioli mei responsum esse putent. Si in legendis poetis apes imitati fuerimus, quæ nō omnes sed tantum mellifluos adeunt flores, non nullos penitus decerpunt. aliquos intactos relinquunt. Eodem nos itidem modo non omnibus poetis, sed præconi bus uirtutum ac meliorum facinorum quorū maior est numerus operam demus, hos imitemur, hos ueneremur, hisce deniq; omni studio ac totis uiribus incumbamus, & omnes demum (ut apostoli uer bis utar) legamus, & quod bonum sit retineamus. Sed quid multa? possem garrulatoribus istis tum autoritate patrum nostrorum fretus, tum etiam rationibus exemplisq; gentilium ut optime nosti suf fultus copiose ac abundanter ostēdere q̄ utilia iucūda necessariaq; omnibus hæc sint studia, nisi uererer ne cum ipsis digna dicam, mihi indigna dixisse uidear, Hæc ad te propterea Ioannes amātissime uerbosius q̄ oportuit tanquam ad portum patronumq; ac tutissimum refugium receptaculumq; literatissimorum hominum exara ui, ut uiris studiosis liberaliumq; artium cupidis subuenires, dignitati gloriæ, laudi, utilitatiq; Reipu. consuleres, principiq; nostro Eberhardo humanissimo quem audio uiros doctos colere amareq;, summo studio, cura opera industria diligentia deniq; persuaderes, neminem unquam ad ueram cognitionem rerum peruenire posse, nisi in primis hisce rudimentis (ut ipsi aiunt) uacauerit. Quod si effeceris, te ut alterum Ciceronem, aureum eloquentiæ flumen immortalitati (quid enim maius in hoc mundo tibi dari possit) dedicabimus, principem uero nostrū præcipua religione, pietate, modestia, gratia, clementia, iusticia præditum, opera cuius tantum commodum patriæ nostræ accesserit, ut alterū Octauianum patrē patriæ ad astra feremus. Vale præceptor obseruandissime, & mihi aliquando quid in re nostra egeris quam tibi non minus q̄ mihi curæ esse scio rescribe, measq; lituras ab omni ornatu uerborū, grauitate sententiarum, stili elegātia longe remotas æquo animo suscipe etiamq; etiam rogo, obsecro, obtestorq;. Ex Steten uel Aurelia potius vi Nonas Octobres. Anno salutis M. cccc. lxxxiiii.

Exemplum Epistolæ uxoris Comitis Ebethardi Senioris ad Cardinalem Mantuanum quam citauit Epistola præcedens,

Reuerẽdissime in christo pater ac domine, domine frater mi singularissime humili recommẽdatione parataq; semper obsequendi præmissa affectione. A. N. famulo meo fidelissimo pcepi, quomõ frater ipsius nomine, N. negocia aliqua erga Sanctissimũ expedire habeat, ut D. v. ab ipso latius intelligere habet, & ꝓpterea me supplicauit eum erga. D. V. promotum habendo. Cum autem tempore uitæ suæ mihi & legitimo meo suis seruitiis semper diligẽtiam summam erga nos exercuit. Ea de causa. D. V. intime implorando, eiq; fratri. N. in suis factis erga Sãctissimum subuenire uelitis. In hoc mihi rem gratissimã. V. D. faciet, quam Christus fœliciter & longeue conseruet. Datum oppido meo Grüningen secunda feria post Bartholomei apostoli. Anno &c. Ixxx quarto.

Barbara filia & seruitrix uestra.

Bernardus Adelman de Adelmansfelden Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Salue amicorum optime, Nuper literas tuas accepi, quibus me q; nihil in lucem nec scribendo nec dicendo tanquam Monachus inglorius proferam satyrico more ut scribis arguis, facis quidem more præceptorum uir optime, qui non parum laudis sibi ex discipulorum suorum profectu usurpare solent. Neq; me (ut uerum fatear) adeo alienum esse a laude existimes uelim, ut si quid in me scientiarum saltem minima laude dignum esset, utriusq; nostrum gloriam mea ignauia supprimi committerem. Verum ut uerbis facetissimi poetæ tibi respondeam. Qui sua metitur pondera ferre potest. Ego quidem meipsum intus et in cute noui, ac hoc unum scio me nihil scire, neq; te a quo imbutus sum ac prima (ut ita dixerim) elementa hausi culpauerim. Cuius fidelissima præcepta nunquam mihi defuere. Sed quot frustrentur qui res arduas inuita minerua aggrediuntur, non est meum nunc scribere,

quare hæc missa faciamus, cũ seipsum laudare vani, uituperare stulti hominis esse soleat. Quod trãslationẽ Vallæ in Iliade Homeri petis, libentissime tibi pro meo in te amore operam meam nauarem, modo apud me translato illa esset. Ne tamen omnino me tuum desyderium neglexisse existimes, Mitto tibi traductionem Nicolai de Valle, quam iam pridem Romæ emi in non nullis libris Homeri, quæ non mediocriter commendatur. Audiui tamen nuper totum Homerum a Ioanne Episcopo Quinquecclesiarum Hungaro translatum in carmine esse, qui quantum in uersu ualuerit temporibus nostris, sciũt omnes qui eius carmina & legerint & audiuerint. Quã quidem translationem si habere possemus, crediderim ego eam et iucundiorem & utiliorem cæteris fore. Vale ac mihi aliquando rescribe. Ioannemq; Chrysostomum si habes in aliis operibus q̃ omiliis ac sermonibus cum tabellario præsenti uti pollicitus es mitte. Et si quid a me quoq; requiris, tuus explorare quod optas labor, mihi iussa capessere phas est. Iterum uale iiii Nonas Nouẽbres. Anno salutis M. cccc, lxxxx. Aistadii.

Conradus Adelmannus nobilis Canonicus
Ioanni Reuchlin Phorcensi

Salutem dilectissime Reuchlin. Accepi literas tuas quæ mihi iucundissimæ cum ob earum ornatum & cõdecentiã, tum etiam propter nostram iam inueteratam familiaritatem fuerunt, Et q̃ me de Bessarionis libro admones. Scias me superioribus diebus Aureæ apud Bernardum nostrum fuisse. Et si nuncius nõ defuisset, adduxissem eum mecum. Spero tamen breui me fratrem reuisurum, sicq; librum eum adducam, quem postq̃ reuertero apud me inuenies. Vale, & q̃ desiderio tuo nunc quidem satisfacere nõ potui, mihi da ueniam, ac tuum Conradum non alio erga te animo esse q̃ semp fuerit tibi persuade. Ex Eluangen xxvi Aprilis.

Hyuo Britannus de Alnetomenguidi Grammaticus
Aurelianensis Ioanni Reuchlin Phorcensi. S.D.P.

Vix tandem repertus est nuncius (mi Ioannes) cui posses ad nos literas committere, cuius tamen aduentus mihi q̃ iucũdus extiterit, nec ipse satis exprimere possum. Augebatur eñ quotidie falsa quædam de te tuisq; rebus opinio. Gaudeo igitur quẽ mortẽ obiisse formidabã, nõ animo tñ & corpore, quod ipsum est maximũ, Sed rebꝰ

quoq; & fortunæ bonis(ut aiunt)ualere.Id nũc restat,ut intermissũ scribendi officiũ inter nos reuiuiscat.Ego quidem id plurimũ desiderabam,quo grauius mihi fuit tuũ adeo diuturnũ silentiũ,fac igitẽ ut re nunc experiar quod uerbis frequentissime & literis iam deniq; pollicitus es.Quæ apud me deposita sunt,eodẽ hactenus loco manserunt quo ipse obfirmasti,parataq; tibi erunt ubi nuncius aduenerit.Pædagogum illum postq̃ tuas mihi reddidit literas,nusquã uidi Intellexi tñ q̃ locũ habitationis prudenter elegerit apud magistrũ Iacobum de Donon.Nõ est tibi forsitan notus ipse Iacobus,Papiæ siquidẽ tum studebat cum tu apud nos eras,Vir est præstanti literatura & sciẽtia & mihi pariter amicissimus.Res nostras si nosse uelis, mortem obiit charissima quondã uxor mea,piorũ utinã iungenda consortio,Consilio tñ amicorũ uel si mauis consuetudine ipsa uiuẽdi coactus secundã duxi,ex honesta nec parum antiqua Aurelianensium familia. Quod si ut nunc sunt res nostræ in posterũ regantur, nihil est q̃ de fortuna conqueri ausim.Det utinam summus ipse parens prosperũ uitæ cursum,exitumq; fœlicẽ & nobis & nostris. Valeuir literatissime.Ex Aurelia urbe pridie Kalendas Decembres. Anno M. cccc. lxxx tertio.

Petrus Iacobi Arlunensis Iuris utriusq; doctor
Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

Crebris meis ad te literis q̃ respondeas nihil,totum te pythagoreum factum putarem,nisi apud.A.Gellium in suis commẽtariis lectitassem Pythagoram loquendi nõ etiã scribẽdi silentiũ indixisse. Deus his tuis diuitiis iratus sit,quę nõ modo te tibi at amicis potius abdicarunt.An es ignarus quantũ studium,quantã curam,quãtam deniq; sollicitudinẽ in rebus olim tuis præstiterim,sed de iis satis ac super,Non diuitias tuas sed literas peto,quas tandẽ probris excandescente stomacho extorquebo.Quare id assidue cogites uelim(sic enim Petri te tui ne utiq̃ capiet obliuio) q̃ Archidamus Agesilai cum a Philippo asperiorẽ accepisset epistolã respondit,si umbram tuam metiri uolueris(inquit) haud nunc maiorẽ eam inuenies q̃ esset añ uictoriã.De libris tãtisper scribo nihil,donec id quod sæpe a me petitum est quibus careas certiorem me effeceris,ne noctuas Athenas mittã.Rescribe igitur si aliud nõ habeas huius meæ epistolæ in orthographia peccatũ. De literarũ figura nihil ad Rombũ, q̃nquidẽ

Quintilianum scribendo prope serpentes pinxisse gloriam ex eloquentia sibi non elementorum figura peperisse cōstat. Datū Papiæ Anno lxxxviii. Kalendis Septembribus.

Petrus Iacobi Arlunensis Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Quod nihil meis proximis ad te literis responderis, quid causæ sit diuinare non possum, succenses fortassis mihi q̃ nihil librorum græcorum miserim, iuste facis. at tu uola sine pennis, quandoquidē in aere piscari me iubes, & uenari iaculo in medio mari, Ego certe omnium librariorum apothecas perreptaui, nusquā inueni libros græcos, græcorū uero liberos multos. Adii quoq; interpretes ipsos quibus præceptoribus utor, qui illam tuā græcorum librorū copiā mirum in modum stupent. Miratur hanc tuam copiam græcorum librorum totius Italiæ facile princeps Georgius Merula, qui ex Catalogo tuo iudicabat te libros habere, quibus ægre & ipse & multi præstātissimi græcarum literarum studiosi carerent. Si uis uocabularium græcum, si grammaticā Chrysoloræ græcam, fac ne ignorē, quo noctuas Athenas mittā. Credam te non succensere, ubi tibi rem superiore mea epistola q̃ planissime scripsi, at potius calami uetusti inopia nihil scripsisse. Quare ad te mitto optimos ex tercentum delectos quos magno ære cōparaui, eos ut tibi dono darē, ne suauissimis tuis epistolis carerem. Vale & fac fideli sis fidelis. Data Papiæ Kalendis Martiis.

Petrus Iacobi Arlunensis Ioanni Reuchlin
Phorcensi S. D. P.

Suauissimis tuis literis mirifice sum delectatus. Velit deus optimus maximus semper tibi scribendi occasionem oblatum iri, quo uel me uel te in historiis reddas doctiorem. Quid est quod scribis te me cōmonefacere, ne obliuiosos imiter coruos. Vtinā tam necessario maxime uitæ bono, natura me coruis memoriæ acrimonia intelligētiaq; æquasset. Legimus enim apud Plinium naturalis historiæ facile omniū principē libro. x, de coruo qui mature sermoni assuefactus, omnibus matutinis euolans in rostra forum uersus. Tiberiū, deinde Germanicū & Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem populū Romanū salutabat. Quare tibi persuadeas uelim me in re tua conficienda coruinā & memoriā & intelligentiā habuisse, Plinium quē ad te dem, apud librarios offendo nullū, uoluptate Stra-

bonis nõ fraudabo ingeniũ tuũ, qui emptus non tuo sed meo ut recepi precio. Neq; eñ omnino is sum qui uerba rebus patiatur esse cõtraria, quotidie qui sese ad te perferat nunciũ expectat. Georgius Heller pernegat id se cõmode facere posse. De Tito Liuio nihil adhuc certi habeo. Nauabo tñ operam ut is quoq; bibliothecã conde coret tuam, qui uelut apud diuinũ Hieronymũ legimus, ab ultimis Hispaniæ Galliarumq; finibus eloquentiæ dulcedine, plæroſq; nobiles ad sui contemplationẽ traxisse prædicatur, In quo comparando corui utiq; memoriã non uero Coruini Messalæ oratoris qui ut Plinio libro eius. vii. placet sui nominis obliuiscebat habebo. Ad hæc doctor egregie si qua alia in re mea tuæ erga me beneuolẽtiæ opus fuerit opera, ne me lateat obsecro, nullã profecto rem neq; tam magnam, neq; tam paruã putem, quæ mihi aut difficilis aut parum me digna uideatur. Quippe omnia quæ in tuis rebus agam nõ laboriosa mihi sed honesta uidebuntur. Nullũ me Hercle in te officiũ sine maxima culpa uideor posse pterire. Vale. M.cccc.lxxxviii. Kalẽ. Ia.

Petrus Iacobi Arlunensis. I. v. Doctor præpositus in Baknang Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Legi summa cũ uoluptate luculẽtissimã tuã ad Diuũ Alexandrũ orationẽ, Qua in defensione iustissimi Principis sacerdotii defensoris ita euectus es, ut nemo esse queat qui eũ per te cõstãter defensum neget. Gaudeo mihi, gratulor ecclesiarũ causis qui tantũ principem non oppressorẽ ut multi, sed acerrimũ uindicatorẽ habeam⁹. Cupio omnino atq; id ex te cõtendo, ne me huius elegantissimæ orationis copia fraudes, at potius ppetuũ tuũ in me amoris monumentũ manu excribas. Ego nũc equũ abiturus cõscẽdo, post triduũ rediturus, tu interea charissime frater fœliciter vale. Qd si sciré te me hac tua oratione priuaturũ uterer in ea iure tuo, qui ea soles lege aliorum capere libros, ut si tibi placeant, restituas nunquam.

Ioannes Molitorius. I. V. doctor Badensis Decanus Ioanni Reuchlin Phorcensi S. P. D.

Accepi iam pridem egregie doctor suauissimas tuas literas, quibus mihi nõ satis digno humanissime gratulatus es, q̃ longe maiorẽ mihi attulissent iucunditatis usuram, si me non adeo linguæ græcæ doctum existimasses, ita enim usu uenisset ut eam uoluptatem quam non solum in uerbis Hippocratis, Sed & aliis quibusdam

reconditam puto, amicissimo tibi uiro communicasses. Cui penè omnia elementorum græcorum nomina iam dudum exciderant. Fac igitur quæ tibi remitto græca ad me traducta rescribas, & ego tibi quomprimũ ad me diuerteris cũ iis quæ a me aliqñ cõmodato cepisti quod tuum est reddam, simulq; pulcherrima quædã græca prouerbia a me tamen minime intellecta ostendã, Scribis te ignem diutius cõtinere nequiuisse, & id huiuscemodi græca sententia comprobas, quã ego nõ calleo Νῶ ἔγνων ὃν ἔρωτα βροὶ θεὸσ Sed nec Hippocratis uerba in hãc formã a te scripta Μακάριοί ὄνῆμοι, ὁκόσοι ἴσασι τοὶς ἀγαθοὶσ ἄνθρας ἔρματα αὐτῶν ἢ οὐ τοὶς πύργοις οὐδὲ τὰ τείχεα ἀλλὰ σοφῶν ἀνθρῶν σοφὰσ γνώμας. Vides qua sim imitatione in formandis his characteribus usus, facileq; cognoscis q̃ sit græcarum literarum ignarus, qui eas nunquã ne in minimo quidem didicisse uideatur. Vale. Anno M. cccc. lxxxviii.

Adam Phrei Phorcensis, Cantor Ecclesiæ Collegiatæ Cancellariusq; Badensis. S. D. Ioanni Reuchlin. II. Doctori.

Literas proxime ad me datas eximie doctor fraterq; obseruãdissime, & si aliquantulum me quum in suscipiendo Badensis Cancellariæ officio meum statũm clericalem pluribus ut ais commiscuerim sæcularibus negociis increpent, tamen mihi iocundissimas fuisse certo scias uelim, cum q̃ in causarum Stutgardiensis consistorii strepitu mei memoriã habueris, tum q̃ meis in laboribus diuina ne negligãtur hortatus sis, quod non ab infido ac parum prudenti, sed ex fideli longeq; in futurum prospiciente animo prodiisse plane accipio, agoq; tibi gratias utinam dignas, Sed hoc unum mihi credas uelim, si ea in re illis principis dominiq; mei clementissimi uoluntati mea potuisset optio mediis congruis restitisse, tuæ literæ nihil loci corripiendi mei reperissent. Nam qui me eum honorem uel laborem potius aut si mauis commodum quod inde sit ambiuisse uere dicat, uiuit omnium nemo. Nihil enim aliud hactenus cupiui et adhuc cupio q̃ eam agere uitam quæ beneficiatum deceat. Verum hac in re longe aliter meo iudicio sentio q̃ plures comitis Vuirtembergensis curiales in sacris constituti (quod pace eorum ad te scribo) præ se ferunt, a quibus inuehendi aduersum me non arbitrabor te sumpsisse exemplar, Sed digito compesco labellum, ne alios

arguēdo uidear meipsum reprehendere, quandoquidem officium calami susceperim. At suscepi non eo tamen animo (certiorē te reddo) quo tu putas ut perpetuo scribam, sed ut aliquandiu alterius uices gerā. Et pro beneficiis mihi a præfato illustri principe collatis gratias si quas potero referam. Reliquum est ut officio atq; opera mea et si parui precii sint, pro tua uoluntate utaris, Vale. xii. Kalen. Martias. Anno M. cccc. lxxx nono.

Erhardus de Vuindsberg Doctor & Miles Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D.

Fuit hic apud illustrissimum meum principem Alberthum Ducem Saxoniæ Venator Vuilhelmus Geis canem odorum principis tui dono afferens. Nō potui igitur doctor præclare tuam dignationem non facere consalutatam. Vtinam tu mei tam memor q̄ ego tui. Scripsisses profecto ad me de musarū tuarum fonte, aut de pompis illis regiis ac Cæsareis Francofordiæ, Agrippinæ, & Aquis Grāni nuper in coronatione Romanorum regis Diui Max. æmiliani celebratis, te oratore & me quoq; medicorū minimo præsētibus. Quod si quis posthac tam propicius tibi nuncius occurrerit, noli precor silere, & ad me de Aquis Grāni quid ex uetustate sentias rescribe, principi etiam tuo illustri quem Comitum Germaniæ nostræ decus existimo, me commendatū facito. Tu uero meus esto quemadmodū ego tuus. Neq; nouum asperneris Militem me Diui Caroli ense cœlitus sacrato percussum, qui etsi ex Vētimontanorū de Vuindsperg familia olim strenuissima, nunc obscurata, nouus resurgere Miles attentauerim, Sum tamen & ero semper tuus, omniumq; doctorum uirorum deditissimus. Vale fœlix. Ex Mysna arce Labyrinthea. Die Magdalenes. Anno M. cccc. lxxxvi.

Andreas Schenck Doctor & Miles Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

Haud existimassem Coloniensem amiciciam aliquo locorū interuallo intercipi aut remitti potuisse, quam si ex animo meo euellere uelis opinionem, fac ut aliquando tuas intuear literas, Ioannes Harscher tui amantissimus defert ad principem tuum orationem a me Venetiis pro pace habitam, illam principi legito interpretatoq;. Si quid barbari incomptiq; in ea inuenies, tua ex officina amici honori consules. Vale. Breui me te uisurum spero, Vxorem tuam

mulierē honestissimam meo nomine salutato. Ex Insprück xx Februarii. Anno M. cccc. lxxxviii.

Theodoricus de Pleningen Doctor & Miles auratus
Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Accepi pridie tuas elegantissimas literas eruditissimisq; sentētiis plenas, & ut paucis concludam erga Plinium humanas ac Reuchlino dignas, in quibus mihi summopere gratularis, Faustumq; ut sit optas q̄ a diuo Cæsare nostro clarissimo militiæ cingulo ornatus, Equestriq; ordini inscriptus sim. Addis & uere quidem, & si magna sint, facile tamen casura, nisi Homerum aut Ennium aliquem amore prosequar, qui facta mea (alioquin ut cætera Germanorum præconia quotidie moritura, perpetuæ memoriæ ac immortalitati donet. Amantissime mi Reuchlin q̄ pro tanta tua erga nos humanitate me factaq; mea tātopere laudas, pii amici officio fungeris, qui amicorum gesta etiam mediocria ob feruentem affectum altius extollere ac clariora reddere conatur. Verum quamuis me non ex merito sed ex tuo affectu quo me prosequeris laudari a te sentiam, tātum munus amici mei si spernerem ingrati animi fore iudicarē, si acceptarem, petulantis superbi ac minime meriti. Tibi igitur qui & iudicio & autoritate inter Germanos polles hoc onus iniungo, ut tibi Plinios tuos ob ueterem consuetudinem nostram, & maxime clarissimum Germanum meum Ioannem Plinium paucis scriptis posteritati commendes. De me quid agendum, quoq; sim dignus tuo iudicio relinquens. Nam tu inter Germanos nostros hodie (uera loquar) Homerus ac Ennius noster merito unus censendus es. Calamo autem tuo singula moderare, ne ob amorem quid de nobis clarius q̄ gesta nostra protestentur scriptum arguatur. Sed quid te admoneo tibi omnia antea uti Homero nostro cognita patent. Facito igitur ut exteri quoq; (nam alio mihi testimonio opus non est) intelligant Pliniorum familiam in amicorum tuorum numero fore. Sed minus te barbarie hac & rustica epistola mea molestarem, nisi te scirem uti amicū excusationes meas paratas præ te ferre. Quod ob principis mei negocia quibus profecto singulis horis obruor literis bonis incumbere non ualeo. Nec me bonarum literarum expertum, sed peritorum uirorum amatorem & admiratorem profiteor, qualem te hodie inter Germanos sine adulatione

C vii b

crede mihi loquor,unicum nosco.Tua igitur humanitate Plinium cum reliqua indocta turba excusato.Tabellarius tuus festinat,quare finem faciam.Tibi polliceor promittoq; te ueterem amicum ex animo meo nunquam deleturum,Illustrissimoq; principi meo ex tuis uirtutibus atq; benemeritis diligentissime commendaturum. Vtinam tu mihi adesse posses ut sæpius doctum uirum differentem audirem.Nemo enim quo cum ego uerser præsto est,Vale. M. D. yiii.Pridiæ Nonas Februarias.

Martinus Breminger Iuris doctor Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

Humanissime uir.Alcinoi compendium & id reliquum quod ad iunxeras nunc ad te remitto. uidentur enim huiusmodi opuscula satis diu apud me hospitata fuisse.Cæterũ ex Luciani operibus traductam habeo,primum eiusdem orationem de calumnia. Deinde Necricum Dialogum Charonis & Mercurii.Tertio Dialogum qui illustrium philosophorum uenditio uitarum inscribitur.Ne plura scriberem dominica negocia impediméto fuerunt.Itaq; vale,& me (ut facis) ama.Ex Constantia xxvi Septébris.Anni a natiuitate Christiana M. cccc. lxxxviii.

Ioanni Reuchlin Phorcensi præclaro tum philosopho tum Iurisconsulto Martinus Vranius S. D. P,

Mitto ad te humanissime uir non solum diuinum Iamblichum, sed etiá quædam Proculi in Alcibiadem atq; Synesium de insomniis,ea tamen lege ut breui ad dominũ reuertantur.Esset nanq; longa ipsorũ absentia mihi admodũ grauis futura.Fœliciter vale,& te in eis oblectare.Ex Tubinga prima Decéb.die.Anni.M.cccc.lxxxxi.

Ioannes ex Lupis de Hermansgrün orator Maidburgensis Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Primam & secundam Philippicas Demosthenis,quas ex græco in uernaculam linguam nostram uertisti illustris dux de Vuirtenberg legendas mihi tradidit.Conueniunt omnino tépori & ad rem faciunt. Vtinam principio huius congregationis unicuiq; principum istas tuas translationes misisses,sed forte fecisses uerba ad uentrem carentem auribus.Ego nimia sacietate rerum apud nos gestarum teneor,piget non modo scribere,sed etiam meminisse quid tanto tempore egerimus. Vidi literas quibus non nihil indignari

uideris q̃ nemo de iis quæ nic fiũt ad te scribat, immo si sapis habe nobis gratias q̃ nihil scripserimus. Ego enim cum uiderem Remp. in summo periculo & discrimine, existimabã nihil expedire de iurgiis simultatibus factionibus odiis priuatis cõmodis, præterea tãta superbia atq; auaricia ad te hominem omni uirtute ornatissimum scribere, nolui animum uirtutum studiis occupatum istis negociis molestare. Sed modo cum subiit animum meum pulcherrima spes libertatis & imperii conseruandi, nõ dissimulabo ulterius de Reip. statu ad te perscribere. Et quidem multo tempore frustra laboratũ est non sine maximo metu ne re infecta discederemus, quod atrocissimum uenenũ nostræ R. P. fuisset, uerum diuino auxilio & quorundam illustrissimorum clarissimorumq; uirorum frequẽtissimo labore cura diligentiaq; tandem in uiam reuersum est, ut iam summa concordia ordinum, omnes Remp. saluam & cupiant & uelint Ego semper existimaui imperio nostro nihil periculosius tristiusq; ciuilibus & intestinis bellis contingere posse. Incendio uero domestico restincto, ubi recto ordine uiuere & consiliis rem agere uolumus, nullarum gentium arma nobis metuenda esse. De rege Galliæ nulla nobis amplius cura est. Proinde nihil de hac re scribam. Dux Eberardus tuus immo meus forte aliquid Gallicæ eloquẽtiæ ad te mittet. Nos ex illis altitudinem animi in Gallo, & sapiẽtiam in filio gallinæ miramur. Vale.

Ioannes Reuchlin Phorcensis S. D. P, Ioanni
ex Lupis de Hermansgrũn.

Non potuit abs quiuis homine iucundius mihi renũciatum esse q̃ te in Vangionibus legatum ferre, quem & audissem antea Pomponio præceptore literas expiscatum, Deinde usq; in Palæstinã mari terraq; fuisse uersatum, ut haud iniuria de te sicut de Vlysse prædicandum sit, q̃ multorum hominum uideris urbes, & ingenia noris, Ergo me non frustratur opera mea ingens & assidua in quærendis optimis uiris. Idq; gaudeo admodum meæ fortunæ. Soleo enim sæpe inter q̃plurimos odorari atq; seligere de nobilioribus unũ, quo cum literæ me iungant per q̃familiariter, is tu es ipse nũc. Cuius nomen in laudatissimorum numerum refertur, profecto perlibẽter et cum singulari quadam animi uoluptate audio tales ad nostram Rem P. & Germanorum gloriam restaurandam accersiri legatos,

quorum ante acta uita domi belliq; clara ſit. Neq; enim Centauros uolo,nec Androgynos,id eſt nec agreſtes tantum neq; ſolum comptos,ſed homines ſimul & manu & lingua potentes,hi nimirũ profuiſſe magis uiſi ſunt,q̃ aut ſoli togati,aut ſoli ut poeta cæcus ait bene ocreati. Sic Neſtor ille ſenex a laudato uiro iure laudabatur,q; & orator eſſet,de cuius lingua melle dulcior ſtillabat oratio & ſimul q; acerrimus quondam pugnator cum optimis certatoribus Pirithoo Dryante. Cœneo, Polyphemo, Theſeoq; manus conſeruerat. Quapropter idem in exercitu plus cæteris & cõſilio ualuit & ſapientia,Cunq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles,iterũ mea ſententia conſulendi ſunt non Therſitæ ſed Neſtores. Admirabile hominibus uideri potuit,te talem uirum tam ſtrenuum armis q̃ literis doctum ex illo Dmoadum pyrgo,id eſt puellarum arce quam Maidburg uocant proceſſiſſe. (Græci nanq; Dmoadas appellant puellas ancillares,quas ſermone uernaculo per Aphæreſin ſeu Endian prima litera ſublata Maid dicimus,& pyrgon burgum ueluti pyxos buxus) Itaq; ut redeam,admirabile potuit ſenatui populoq; uideri talem legatum abs quadam puellarum aula miſſum eſſe. Quarum Venus ſit dea non Mars. At meminiſſe debuerãt Bellonam in uatũ oraculis uno cognomine Pallada Minerualem dici,haud ſine prudenti myſterio,Quod uirum fortem atq; pugnacem non ſolum robuſto uerum etiam culto corpore ac mente perſpicaci deceat eſſe. Id tu nolis uelim aliter atq; ipſe ſenſerim accipere,pro animi ſcilicet tui bonitate liberalitateq;, Tantum ut cognoſcas optare me in amicitiæ tuæ penetralia ſeceſſum ire. Quod ſi reſcriptis tuis ſenſero, ego quidẽ recte ualebo, & ut tuipſe q̃optime ualeas opto,Ex Tubinga idibus Iuliis Anno M. cccc. lxxxxv.

Ioannis Reuchlin Phorcenſis ad Ioannem Lycæum uulgo ex Lupis de Hermansgrun Carmen.

Hortaris facili committam nomina Muſæ
Clara ducis nuper,qui fuit ante Comes
Parce precor,neſcis circum mea pectora frigus.
Exigis a minimo Rhetore magna nimis
Preſſula ſæpe leui modulamur carmina plectro
Quæ noſtra nimium garrula fauce uolant

d

Aſt ego dum meminí querulos ita ſtridere uerſus
Auribus indignum ſpongia ſorbit opus
Pectus habes noſtrum,gelido quod ſanguine friget
Irretire poteſt altera noxa lyram
Cernere multa ſoles,tibi multa Lycæe uidentur
Digna ſub antiqua poſteritate legi
Vangionum celebri tu conſpicis omnia circo
Reges atq; duces,ſigna,trophæa,choros
Splendentes procerum Muſis comitantibus aulas
Ipſe canas. quianam grandia quæq; uides
Me domus & tecti laquearia ſarta uetuſti
Me teges umbroſi culminis atra tenet
Muſſito,uel faſtis dirimo quandoq; diebus
Iurgia cerdonum,ſic mea geſta capis
Quid nec uiſa notem chlamydati pægmata regis
Seu celata mihi,Sueuica ſpectra Ducis
Ilias illa meæ gentis,ſcribetur in undas
Hiſtoriæ Zephyrus nomina uana feret
Semper enim fugiunt Muſas Nicer atq; Bacenæ
Et nequit in Sueuis uatibus eſſe locus.

Bermetomagum Menſe Sextili
Anno M. cccc. lxxxxy.

Ioannes Reuchlin Phorcenſis. S. D. Ioanni ex Lupis de Hermansgrün in ſplēdidiſſimis Imperii Romani Comitiis apud Vangiones oratori Maidburgenſi.

Ni memoria tenerem è binis tuis literis perpetua me obſtrictum lege non tantum diligendi,uerum etiam amandi tui ut iam mihi futurus ſis alter ego,inuiderem utiq; tibi tot noua quæ uobis quotidie iſtuc afferuntur,modo auditu,modo uiſu digna. Primum illud neſcio quid de ſtrage Gallorum & eius regis difficili ſalute cæſis Inſubribus obtenta. Tum aliquem militiæ Venetæ ductorem nō ſine ſuorum interitu interfectum. Deinde Parthenopeium regnatorem Neapoli reſtitutum. Quo mihi quidem uideri debeat illud perq̃ue nuſte cecidiſſe,quod abs te quoq; animaduerti potuit,ut ab inſultu hoc quem deſtinauimus,Imperio noſtro quieſcendum ſit. Heus tu

num id ita putas? an forte ſemper belligerandum eſt. Tu tamen pru
dentiſſime facies, ſi ad pacem quæ conducant perſuadeas, ſed terret
exteros forſitan inquies horribile hoc examen Germanorum. Equi
dem non ſum neſcius quin contineri ueſtris finibus ægreferatis, ma
xime cum non ex fortuna ſed ex uirtute pendeamus, Sola recorda-
tio Germani nominis, una illa regis noſtri confœderatio, uel mini-
mus iſte rumor armorum Teutoniciq; apparatus, tantis ictibus Re
gem Galliæ pulſauit, ut fugæ auxilium is tandem commodius ſibi
duxerit. Quid igitur? Ceſſabimus? an non fruamur facultate noſtra
illa inclyta ſtipati multis fortiſſimis atq; optimis uiris, Sed caueſis
ad ſcopulum impãgas. Audi q̃ benigne mecum his diebus actũ ſit,
nã cum iſtic tecum e ſodalibus, & quod aiunt amicis meis inuentus
eſſet tam præſenti ac tam pio humanitatis officio præditus omniũ
nemo qui neq; de rebus illis nouis in Italia pridẽ geſtis, neq; de Co-
mitiorum ueſtrorum ſpectaculis illuſtribus me tecto & umbra do-
mi commorãtem aliqua ex parte faceret certiorem, hanc mihi mo
leſtiam percogitans acceſſi ut ſæpe ſoleo Apollinem meum illum
poeticum, quẽ ubi cithara demulſi pro more proq; dignitate per-
quiro tam ſeriem geſtorum Italiæ q̃ finem gerundorum, ut qui hu
mano caream ſolatio non etiam deſtituar diuino. Hæc ego tecum
pro amicicia nuper initæ legib9 & arctiſſima familiaritate loquor.
Offert ille iſtis meis oculis & his manibus librũ Iliados Homericæ
Quintum, his mihi uerſibus (Semper enim uerſu Apollo edicit) ita
reſpondens. Si cupis Italiæ uel prælia Gallica noſſe. Confer huic li-
bro clariſſima nomina gentis. Inter legendum igitur omnem uim
belli totumq; præliũ, de quo iam tanta fama eſt Ego ipſe quaſi non
ſolum affuerim ſed & interfuerim quoq; aſpiciens, Comperi Palla-
da Minerualem Diomedi adſtitiſſe. Venerem uero et Apollinem
Eneæ Hectoriq;. Porro Diomedem profligatis hoſtibus etiam Ve-
neris manus grauiter uulneraſſe. Deinde fœdus cum Troianis Mar
tem percuſſiſſe illum terribilem deum. Quem ubi Diomedes Troia
nis coniuraſſe perſenſit, a bello ſecedens fugam cogitauit. Rurſus
Pallade confortatus, Martem quoq; tanto impetu ſauciauit, ut niſi
ſit deus, eum forte neci dedidiſſet. Singula tuipſe ſi uoles cum
utriuſque noſtrum amantiſſimo Antiſtite Vangionum Camera-
rio Dalburgio fœliciter perlege. Is enim Homerum habet totum,

ne ego morosus nimium uidear aliquam tuis auribus molestiam afferre. Qua enim es doctrina, quo diuino ingenio facile intelliges qd̃ cui cõferendum sit, Eneadæ autem sunt Italici gente sub Hectorea tercentum annos gubernati, Diomedes a Iouis id est dei cura christianissimum principem designare putatur, Martem nostro regno tribuunt, Venerem a maris spuma Venetis, Mineruam Palladicam Gallis. Sic enim Hieronymus contra Vigilantium scripsit. Sola Gallia monstra non habuit, sed uiris semper fortibus & eloquẽtissimis abundauit, Cætera tuæ mando industriæ, utq; ualeas, meq; ames opto. Ex Tubinga viii Kalen. Sextiles. Anno. M.cccc.lxxxxv.

Ioannes ex Lupis de Hermansgrün Orator Maidburgensis S, D. Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Opportune mihi literæ tuæ aduenere mi humanissime Ioãnes, multis enim diurnis nocturnisq; laboribus fatigatum me mirum in modum recreauere, Et profecto nil antiquius mihi contingere potuit, q̃ epistola tua, quam semper in manibus gesto, & qua soleo uti pro portu negociorum, quotiens enim aut fastidio rerum aut multitudine negociorum obruor, totiens ad tuam epistolam tanquam ex alto in portum recurro, Non satis neq; legere eam, neq; mirari possum ingenium tuum, q̃ tam apte Quintum Iliados illis Italiæ & Galliæ motibus Germaniæq; minis comparasti, Respexi non sine summa diligentia chartam quam literis exarasti, Et sicubi uel minima litura auri apparuisset, crederẽ Apollinem ipsum suis manibus aureoq; calamo illam descripsisse, Multis doctissimis uiris ipsam legendam dedi, Etiam Antistiti nostro delitiis humani generis. Qd̃ autem nemo de rebus aut Italiæ aut nostri status ut significas te reddit certiorem, alio tempore quantum ad me attinet tibi scribam, Illustris Dux de Vuirtemberg iussit ut ad te scriberẽ, dixitq; se nuncium propere missurum, Ego cupiẽs etiam præuenire iussionem, ut non tam celsitudini suæ q̃ et officio amiciciæ nostræ satisfacere uiderer, Scripsi hæc qualiacunq; raptim inter loquendum, & in senatu & calamo chartaq; aliena, Auxilio episcopi Vormaciensis impetraui fratri tuo quoddam beneficium uel præbendam a Duce nostro Vuirtembergensi, qui mihi omnibus principibus non modo nostri temporis præferendus, sed & priscis clarissimis & illustribus uiris cõparandus merito uidetur ob uirtutem, Tibi pro nostra ami

cicia gratulor,dignum principem quem immortalitati consecrare & uelis & possis tibi obtigisse,Vale,& me quod facis ama.Ex Bermaco pridiæ idus Augusti.Anno M. cccc, lxxxxv.

Ioannes ex Lupis de Hermansgrün Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D.

Dum Pragæ apud Serenissimum Hungariæ & Bohemiæ regem legationis officio fungerer,& inter Scythicam prolem propter linguæ durioris imperitiam non nihil tedii haberem,aduenit nobilis & præstantissimus Gottofredus de Adelshaim & ipse legatus,de cuius aduentu mirum in modum sum gauisus,Reputabam enim me superis curæ esse,qui sua benignitate me ne in Scythia quidē doctorum uirorum consortio priuare uoluere, Facerem te his literis certiorem de Regio apparatu splendidissimi & magnificentissimi Regis,nisi Gottofredum nostrū ad te proficisci cognouissem,qui multo elegantius tibi cuncta narrare q̄ ego scribere queat,Vt tamen laborem scribendi amoris tui causa non omnino fugisse uidear, Excerpsi ex quadā epistola nudius tertius ex Hungaria festinantissimo nuncio huc missa,quædam licet tristia de Thurcis,quæ in hac schedula cōtineri uidebis,Dominus deus adaperiat principibus nostris tandem aliquando oculos,ut uideant commune periculum,& cogitent qua uia & modo incēdium prius quam ad se serpat extinguāt. Age quantum in te est & uiro & christiano homine digna,tibiq; et omnibus bonis persuade,nullum periculosius atrocius neq; maius bellum Thurcensi,nobis nationi imperioq; & fidei nostræ imminere,Licet multi contemnant,multi deliciis luxuriæ & gulæ dediti illud fugiant.Mihi tamen crede necessitas pugnandi aliquando cum pœnitudine contemnentes fugientesq; insequetur.Ego uel forti pulchræq; defensioni uel honestæ morti locum inueniam. Tu vale,et me non minus quam ego te oculis incognitum ama.Iterū uale ,Ex Praga xxvi Mensis Martii M. cccc. lxxxxvii.

Bernardus Schöferlin Doctor Ioanni Reuchlin Phorcensi

Si qua salus usquam est eam exoptat.Rem animo meo amaram ambabusq; erectis manibus cœlo deflēdam intimasti,obitum uidelicet optimi principis nostri,qui me deum testor grauius q̄ dū carnales parentes amisi,non tam eius(qui cōmune omnibus debitum

exoluit,q̃ patriæ uicem dolens.Quare frustra a me consilium expe tis,qui omnis consilii ac consolationis expers sum,Ne tamẽ amici officium tibi denegem.Primum,in nulla re desperationẽ quæ omnibus humanis in rebus exitiale malum est admittẽdam esse, Sed ubi humanum deficit,diuinum esse consilium requirendum. Orandus est creator omnium ut nouo principi nostro mentẽ sanam tribuat, ne omnis honestas patriæ ruat & opprimatur.Hoc inducere in animum eius fortasse difficile est,nescio enim quibus fidem adhibeat, Sed conduceret ut credo si prælati nobiles atq; priores patriæ nostræ ciues congregarentur si quid singulis denegaretur,omnibus cõdonaret,ut uel eos qui ex ordinatione iam pridem facta ad hoc deputati sunt,regimini patriæ præponeret,uel alios dum tamen honestos uiros deligeret de cõsilio statuum.Credo enim neminem ex iis qui boni sũt ad hoc officium nisi magno amore patriæ persuasum ambire.Qd'si leues personas ut quondam ad hoc admiseris, De patria & salute reipub.nostræ actum atq; conclamatum est.Habes consilium iners atq; turbatum,ita ut est animus meus,Sed tu pro humanitate tua crede id bono animo effluxisse,Si enim utiliora p̃uidere contingat,tibi communicabo.Tu vale, Ex Francfordia die Lunæ post dominicam Reminiscere,Anno salutis M. cccc. lxxxxvi.

Ioannes Nauclerus uulgo nominatus Vergenhans
doctor,præpositus in Tuvuingen S.D.P.
Ioanni Reuchlin Phorcensi

Si uales est quod uolo,ego nauigo. Tempora solis literis fallo. Tu uero fœlix mihi uideris infortunio,non enim facile est iuxta uiperam securum somnum agere,uno tamen solor me q̃ fortuna nil accipere potest quod non dedit,& rursum illud cum fœnore nõnunquam restituit.Interim uela uentis committenda sunt,& quod fors fert feramus æquo animo,forsitan aliquando meminisse iuuabit. Sperq; fore ut tibi gratias referam pro acceptis muneribus, Historia uidelicet Francorum Gaguini quam ad satietatem legi atq; relegi,& pridem honorandæ conthorali tuæ eam remisi,nec despero te mihi alia quoq; corradere adniti.Optarem etiã abs te habere illud Luciani ubi Herculem aurea catena ligatum scribit. Vale mei memor,& aliquid mihi rescribe.Ex Tuvuingen xxii Martii, Anno M. cccc. lxxxxviii.

Ioannes Nauclerus Doctor præpositus in Tubin
gen ad Ioannem Reuchlin Phorcensem.

Ago gratias immortales & te saluere plurimum opto, qui ut amico obsequaris, tanti principis arcana scrutari, & ex iis quæ illi chara uidentur poscere & mittere curauisti, hæc in me beneficia tua nulla unquam delebit obliuio, Ne autem suspēsam principis beneficentiam diutius teneas librum quem tuis sudoribus misisti in præsentiarum restituo. Et pro refusione laborum priorum hanc gratiam facio ut tuis impensis illum reddere cogaris & te liberare. Opto aūt mihi dari ut uices aliquando cōpensare possim, Interim a me omnia in te studia officiaq; expecta, non fallam operam tuam. Qd si ad priora beneficia addere uelis, oro non defatigeris uenire ad me, paucisq; diebus tuis rebus abesse. Habeo enim quæ conferre tecum animus est. Deinde me uti poteris ut ut uelis. Vale fœliciter. Ex Tuvuingen in die sancti Iacobi apostoli, Anno M. cccc, lxxxxix.

Georgius Gemminger Doctor præpositus ecclesiæ
Spirensis Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P

Iocundissimæ tuæ mihi fuerunt literæ, quibus petis ut librum de bellis Germanicis ad te mittam, si huiusmodi liber aliquis apud me esset, cōtinuo ad te conuolaret. Nihil est enim quod tibi negare ob excellentē doctrinā tuā ausim, aut ob inueteratā amiciciā nostram possim. Fateor apud me esse epistolā, & si iudicio meo epistolæ modum excedat, non dum emendatā Sebastiani Murrhonis. Eam tibi mitto libens ea lege ut tua sit perpetuo, Apud eundem Sebastianū opera Ioannis Camerarii Dalburgii Vuormacien. episcopi latitat codex autoris quidem mali, Sed de rebus Germanicis scribētis, aliā uidisse me nō memini. Verū tui chronicarū scriptoris doctoris Ioannis Vergen, si nō molestū est fac lucubrationes uideā, ut inter Platonis Plotiniq; lectiones philosophicas habeā quo oblecter. Si quicquā est q hinc uelis, tuū est scribere. Ego eīm quod iusseris peramice effectum dabo. Raptim ex Vuormacia iii Nonas Decembres.

Iodocus Gallus Rubeaquensis Theologiæ doctor
Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

Inuētus est q ad nos Cursū grecū referret, inuētus est & is quoq; q̄ piscē expectatū emeret, sale cōdiret, & missionis mandatū pstolareē Rediit ad nos quē manu lætꝰ apphēdi psalmorū grecę linguę liber.

Redibit & ad te dum iusseris emptus tibi Salmo. Nec Iodoci neq; Reinardi negligentiam accusabis, dum diligentiam & fidem in discipulos tuos fidelem exhibuisti. Ego quidem spero nos ea in re uoto tuo gessisse morem, si animum nostrum intuearis. Sin casu quodã aduerso secus euenerit, ita eueniet ut nolumus. Tu nescio qua uel fraude uel astutia nostri condiscipuli (dicerem uerius præceptoris) Religiosi Ioannis Cũn, effecisti ut ad nos rediret optatus sũma auiditate uirginalis cursus, qui tamen præter morem aucupãdi libros quem a te non dico didicimus sed audiuimus, redibit maturo & optato tempore. Ne quid tamen nimis, hoc est ne nimis ad repetendũ acceleres. Tu hebræis interea fruere. teq; uti eis gaudes totum deuoueas. Vtinam nos tanta opportunitate ac fructu græcanicis inseruire possemus, Voluisti autẽ ut Vigilio uterer ad fouendam nõ dico explendam edacitatem tuam. Id profecto recte admonuisti. Callet enim Vigilius noster harum rerum odoramenta, uerum in rem suã non parum. Ad eius ingenium adde & tuæ coniugis experimẽtum. Ego profecto philosophicam sum adiuncturus operam, pro eis tibi rebus conquirendis atq; mittendis, quibus intelligam & ædibus tuis opus esse & me tibi curare posse. Vale, nos quidem ualemus, in quorum numero discipulorũm tuorum Thomas Truchses una mecũ & Ioanne nostro religioso summe se tibi commendat, Ex Spira, v. idibus Septembris. Anno M. cccc. lxxxxix.

Iodocus Gallus Rubeaquensis S. D.P.

Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Facile est mihi ut arbitror a te impetrare, facilem ut discutias mihi ambiguitatem. Ex Euãgelio Matthæi græco. Scilicet quo nã tempore scriptum sit uerbum uenimus in capite secundo. Scis emẽ in romana lingua & præteriti & præsentis esse notam. Ego contra quendam de nostris contendi ex quibusdã coniecturis potius præteriti esse q̃ præsentis, quiduis horum fuerit in græco, ubi certius designatur tempus q̃ in latino. Est autem textus ut rem apertius intelligas de tribus regibus, in eo loco, Vidimus stellam eius & uenimus adorare. Græcanico cursu, si uel ad rem diuinam uel ad uoluptatẽ quandam uti uolueris, fac sciam per dominorum Spirensiũ Esselingensem procuratorem Ioannẽ Maierhofer, cuius opera & ego deinceps usurus sum in scribendis immo mittendis ad te literis, quippe

qui omni ferè hora ad te meas tuto perferri faciet. Vale. Vigilio te re cepisse Salmonē asseuerat quod me cura leuauit, Iterum cum hone sta coniuge lætus uale. Ex Spira xii Kalen. Februarias. M. D.

Iodocus Gallus Rubeaquensis Theologus S.D.P.
Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Redit ad te uel sero cursus ille Græcanicus tuus, eo tamē fœnore quo per Cunonem suppletū est, me immo te quoq; iubente id quod amissum erat, in pœnitentialibus psalmis. Itaq; spero tam diuturnā huius libri tui absentiam minus abs te molestè latam: Verū Cuno ipse per me cupit ut certiorem eum facias, Ioannes euangelista quo loco in feruentis olei dolium immissus sit. Romæ ne'an in insula Patmos aut alio quopiam in loco, Neq; enim mihi argumentisq; meis fidem habet. Dicit autem te facile posse cōsequi si uel ex te ipo nescires ex Martyrologio saltem Cōstantinopolitano. Habes quid Cuno uelit, ego (ut nosti forsan) ex Venetiis curaui mihi afferri Cursum grācū, utinā eo tam frequenter uterer inter orandum q̄ auide feci mihi eundem afferri, Sperauerim enim fructum ex eo me posse consequi, sed negocia non tam officii mihi crediti q̄ amicorum ad alia me prouocant, immo auocant. Te autem cum uxore cupio iucundissime & diu ualere. Ego quidem inter labores dono dei ualeo Conradum meum pellicanum ut facis foueas oro, siue hebræas seu quod malo græcas literas ex te discere cupiat. Ex Spira. Vltima Februarii. M. D. I.

Ioannes de Keiserspergh Doctor theologiæ & prædicator ecclesiæ Argentinensis. Ioanni Reuchlin S. D.

Eximie doctor, si quas apud te D. Petri Schott tenes epistolas, eas mihi mittere digneris. Colligere enim undecūq; nitor, & multas iā collegi ac in unum uolumen redigere statui imprimendum. Aiunt enim illi qui earum rerum habēt peritiam eas collectu fore dignas atq; diuulgatione. Ego plane non intelligo, ideo neq; iudico, sed peritis æstimatoribus credo, præsertim si tuo quoq; iudicio congruerint, quod nō parum ponderis afferet. Vale. Ex Argentina vi ante festum purificationis B. Mariæ. M. cccc. lxxxxiiii,

Conradus Peütinger Iuris utriusq; doctor Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

Quæ literis tuis apud Fūcaros inquirenda mādasti, executus sum

e

diligēter·Mercimonia tua Romæ empta per eōsdē ad Nemetas uectore probo & quidem Augustensi transmissa sūt,& cauponi ad Catharum tradita ut Heidelbergam uehantur.Spero te nunc eo timore & forsitan perdita credebas liberatum esse·Sin minus, eadem isticreperies,Qd cōiugio nostro fœlicitatē optas,ex solita humanitatis tuæ beneuolētia facis,quare tibi plurimū & quas possum gratias ago·Et quo magis lasciuiēdi libertate laxaret,institutioni diuinæ parerem,alas pressius agerē,amore uero,non fucatis susurris & blādiciis uiuerem,uxorem duxi uirginem paulo breuiorem me nondum annos xviii·natam,pudicam temperatam pulchram honestā & latinis literis aliquantum imbutam, quæ & nunq̄ a domesticis rixosa nec contumeliosa uisa est,Ex bonis parentibus urbis nostræ orta.Dotem dedit duum millium florenorum·Nihilominus hæres futura si uixerit superstes. Deo itaq; op.max,gratias habeo & habebo,q studio nostro sociam & assecam familiarissime nobis collocarit· Ad xii·Kalen·Decembres nuptiæ habitæ sunt,Domūq; ad vi·Kalen· Februarias traducta est·Socer meus Antonius vuelser modo rerum domesticarum curatorem me constituit·Qd si de rebus nostris ad te prolixius & iactātius scripserim ignoscas,ad amicum enim uerū & cōmunem loquor.Velim me tui & rerum tuarū continuo obseruandissimū diiudices,& me Reuerēdissimo Vangionum episcopo humiliter cōmendes,Ex taberna nostra libraria iiii·Kalen· Februarias· M· I· D.

Conradus Peutinger.I·V·Doctor,Ioanni Reuchlin Phorcensi S· D· P.

Gaudeo plurimum me tibi tantum esse cordi,q; nuncium tuum ad me uacuū ire nō permisisti·Agimus tibi ego uxor & filiæ gratias. Vehemētius etiā ageremus,si filiæ agere liberius possent·Sed omnia in Iulianā filiam conferemus,quæ & literas modo latinas legere didicit,& memoriter absq; scripto repetit,& syllabas etiā(dum ei munus aliquod licet exiguū dono)discit· Petis a me quippiā ex rebus professionis nostræ· Scito apud nos nihil uel parū esse quod tu non habeas prius·Bibliopola tamen attulit opera Aristotelis uno uolumine,traductiones scilicet Ioannis Argyropyli Byzantini· Leonardi Aretini·Hermolai Barbari,& Georgii Vallæ·Item Marsilium Ficinum de christiana religione,& opera M· Antonii Sabellici prosa

& carmine. Qd' si ex his aliquid habere uolueris, reddito me certiorem, transmittam quidem quantocius. Superioribus diebus præpositus Augustensis suas ad me dedit literas, quarũ ad te exemplum mitto, atq; rogo quid sentias mihi significes, Et cura q̃ patronus noster Dalburgius aliquando Caess. suos uel saltem nomismatum inscriptiones ad nos mittat. Sum modo in nostris Sueuis Cæsarib9 in quibus ob incuriam maiorum labore maiore opus est, Tu si quid habes quod nostræ diligentiæ accedit rogo accommodes. Vale & me ama ut soles, Vxor & Iuliana suo & Cõstantiæ nomine te saluũ optant. Iterum Vale. Datũ Augustæ x. kalen. Maias Anno. M. D. III.

Conradus Peutinger. I. V. Doctor Ioanni Reuchlin
Phorcensi Confœderatorum Sueuiæ
Triumuiro. S. D. P.

Tardiorem me uehementer suspicor, non solũ agendis in gratiis sed & habendis. Quare si quid in te ingratus deliqui ueniam peto, Ignoscas uelim, immo rogo. Affecisti me fateor dono non uulgari, Hippocrate scilicet de hominis præparatione, Et poeta Ioseph hyssopæo, quos tu græcum unum, Hebræũ quoq; alterum elegantia politiori latinos fecisti, Verum hactenus non respondi, Negocia quibus obruor excusare me possent, sed non satis integre, cum ocia literaria utcũq; iucundissima nobis aliquãdo sint, iis cũ uacabã, respõdere potuissem Sed rerum scribendarum moles fastidium ingerit, Nunc inter legendum elegans & pernecessaria Moria Erasmi Roterodami nostras in manus peruenit, qua non solum nos iureconsultos Sisyphi saxum reuoluentes, sed & plærosq; superciliosos & irritabiles theologos taxat, ita hos solet appellare, Et ut ipse ait. qui turmatim sexcentis conclusionibus adoriantur & ad palinodiam adigunt, recusantes protinus hæreticos clamãt, Ego eloquii diuini cultoreseos scilicet qui uerbo & facto nobis christianis singulari sũt exemplo, non solũ utiles sed & pernecessarios ueneror & obseruo, Liuidos, inuidentes, ac garrulitatis congestores tediosos admodum (si qui sunt) abominari & detestari soleo, Vellemq; si qui fidei & professionis nostræ propugnatores essent, Sacras nostras leges nõ uerbo solum & clamore sed & opere colerent, tunc nulla cum inflatis si qui sunt oriretur controuersia, Sed rem meam aggredior. a

(Mose Deuteronomii capite quarto decimo inter

quadrupeda quæ Hebræis permiſerat edēda Pygargus commemo
ratur. Ariſtoteles autem in libro animaliū ſexto Pygargum generis
ait eſſe aquilarū cui cauda albicans nomen dederat, Vbi Aldus Ma
nutius Theodoro Gaza interprete uocabula referēs, albicillam uel
nebrophonon id eſt hinnulariam dicit. C. Plinius Veronenſis libro
Hiſtoriæ ſuæ naturalis decimo, & capite tertio ſubſcribens inquit,
Secundi generis aquilarum Pygargus in oppidis & in campis albi-
cante cauda, ſicut alibi Melanaetos nigricās, Idem libro viii capite
ix, ſupra quadrageſimū de ſemiferis animalibus ad calcem, ſi modo
impreſſioni parmenſi fides eſt adhibēda, dixit, Sunt & Damæ et Py
gardi, Hermolaus Barbarus in caſtigationibus ſuis Plinianis Pygar
gum aquilam aſſentiens non quadrupedem refert, Iunius Iuuenalis
Satyra undecima. Sumine cum magno lepus atque aper et Py-
gardꝰ, Vbi ab ipſo Domitio calderino, & Antonio Mancinello ca
prea eſſe interpretatur, Aldus Pygargum impreſſit, & aquilā & qua-
drupedem ſignificari Sipontinus in Martialis epigrammate. xxxv.
retulit, Animal utrunq; Pygardum Ioānes Tortellius appellat, Am
broſius Calepinus ex eodem Plinio Pygardi in caprearum genere
meminit, Licet in Pygargo poſtea Sipontino ipſi aſſentiri uideatur
Tanta eſt uarietas autorum uel etiam librariorū. ut quid ſit creden
dum non ſatis ſciam, Modica eſt hæc differentia & literæ unius in-
uerſio, Ego erubeſcens q; græcas literas non didicerim, ab erudito
quodam petiueram uocabuli huius apud Bibliam græcā expreſſio
nem, is ualetudine aduerſa cum torqueretur paucis reſpōdit, multa
me ex ingenio deducere, hoc ſibi dixiſſe ſufficeret, literam græcam
Pygargum non Pygardum habere, quem Suidas etiam de aquilarū
genere referret, Nec Moſen (quamuis enumeraret illum inter ani-
malia quadrupeda) aſſeruiſſe quadrupedem. Cum plus legi de arca
nis myſteriis q̄ ordini aut elegantiis ſtuduiſſet. Quod ſi ita: errorem
& apud Iuuenalem, Plinium, Calderinum, Tortellium, Mancinellū,
& Calepinum deprehendemus, ab alio nondum annotatum, Litera
quo ꝓ. d. ubiq; expungi deberet, tum etiam Pygargum ut aquilam
edēdum ſimul & permiſiſſe & inhibuiſſe. Inquit em̄, hoc eſt animal
quod comedere debetis, bouem & ouem, ceruum & capream, buba
lum, tragelaphum, pygargum, orygem, chamælopardalim, Et ſubiū
git omnes aues mundas comedite, immundas ne comedetis, A qui-

Iam scilicet & gryphem, halyaetum, ixon & uulturem ac miluum, Cõ trarietatem hãc legis credet nemo, uel etiam pygargum ab aquila ut speciem à suo genere distinxeris, Sed legem ipsam de quadrupedibus ut ordine non ineleganti constitutam sane perspiciamus, Moses ipse post eorum annumerationem inquit, omne animal quod in duas partes findit ungulam & ruminat comedetis, sic Pygargum de aquilarũ genere ruminantem cognoscere non possum. Est autem ruminare cibum reuocare ad rumen detuoq; conficiendo consumere. Quare uelim & rogo hac in re quid sentias, quid ue pygargus Mosis, & an apud Iuuenalem Pliniumq; pygardus pro caprea recte legi possit, me q̃ primum certiorem reddas. Hæc & si magni non sint ponderis, habent tamen aliquid literarii exercitamenti, quod (cum ociamur) delectare solet. Simler ipsum hactenus mihi incognitum, uirum ex Germanis nostris nunquam satis laudatum, & qui nos post te græcissare curat, grammaticam cuius græcam & in septem psalmos interpretationes tuas Thomas Anshelmus elegans ille chalcographus ad me misit saluum optato. Et pro dexteritate tua ut magnanimus es atq; fortis, illecebras tibi iniuriãtium ut muliebres more Socratico ne curato. Hoc unum sperant dum inuidia sua corroduntur, ut quæ ratione non possunt, garrulitate & blacteratione uincant. Tu uale, Coniunx te saluum optat. Ex Augusta Vindelicorum pridie idus decembres, Anno salutis M. D. XII.

Conrado Peutinger Ioannes Reuchlin S. D. P.

Qd'serius q̃ uelim ad nos scribis, non negligentiam erga me tuam accusare, sed diligentiam erga res commodiores laudare debeo. Qua propter expostulatione tua opus non est, modo eãdem mihi ueniam cõcedas. Dedissem enim ad te literas & citius & fortasse crebrius, si nõ aduersa occupatio iam me sisteret labori quotidiano calumniis aduersariorum respondendi, a consuetudine mea ut nosti longe alieno, sed necessario tamen. De Pygargo Moysi elegans ingenium tuum niniæ curiositatis postulo, Cum tanta sit in omni lingua de uocabulis rerum diuersitas, ut non solum Plinius apud latinos, sed & Athenæus apud græcos & alii de naturis rerum scribẽtes absolescant, cuius in rudimentorum nostrorum libro primo facie z3 1. de Iaspide memini, Ita in hebraicis uocabulis tam multus error est, ut superstitiosi quidã iudæorum à pluribus numero abstineant q̃ in lege sint prohibita, ne

ancipiti uerborum intelligentia transgrediantur, Tu uero si legisti Rudimenta mea, inuenies in libro primo facie. I z4. pro isto tuo pygargo ab Onkelo chaldæo cuius autoris translationem haud aliter q̃ textum hebræi uenerantur, unicornem esse traductum, quod doctissimi hebræorum approbant. Ego eius animalis conditionem iam nescio, nec de illo nunc inuestigare possum, ad alium palum ligatus, Nã si habeat caudam præacutam, potest quoq; pygargus nominari, Est enim nomen compositum a pyge id est cauda, & argus quod æquiuocum multa significat, album, cãdidum, uelox, acutum, segne, uacuum, Et canes ueloces dicũtur cynargi, Ita potest rhinoceros aut unicornis quodlibet horum animalium caudam habere uel albam uel acutam, non solum Aquilæ genus. Vale.

Henricus Bebelius Iustingensis Ioanni Reuchlin Phorcensi LL. doctori S. D. P.

Cum ea de te fama sit apud omnes Germaniæ bonarum artium studiosos uir humanissime idemq; doctissime, ut te colant ament & uenerentur quasi aliquod numen a superis in hanc terrarum calamitatẽ elapsum, Nec iniuria dixerim numen, quid enim rarius apud uitalem auram spirantes hac tempestate? q̃ uirum adesse in nostra præsertim Germania, sicut tu es, qui & calleat græcam linguam, cui latinus sermo tanq̃ natiuus famuletur, & cui nostro æuo in hebræo calamo aliquẽ non solum christicolam, sed ne dum iudæum & apellam anteponere quis sine uerecũdia queat. Quid commemorem Teutonas solum? cũ id ne quidem Galli uel latini sermonis principes Itali assequi uisi sunt Vel si qui id assecuti sint coruis albis rariores sint, cum paucissimi etiam priscorum id attigisse legantur, Legimus inter christicolas Ausoniæ linguæ principem sanctissimum Hieronymum plenariam habuisse sciẽtiam harum trium principalium linguarum. Post eum uel nõ fuerunt uel ad meam cognitionem non deuenere. Sed illis omissis cũ tuus honos & fama ad cunctorum? studiosorum aures deuenerit, & te tam egregie doctum sensissem. Volui tibi meos iuueniles ardores dicare, ea conditione ut ex innata tua mansuetudine & ob honorem omnium politioris studii alumnorũ, si quid mendæ inueneris in meis carminibus, tua lima & præclarissima uena ingenii id emendare, & me in tuorum saltem famulorum ordinem recipere digneris, nihil enim ultra expetere uelim nisi tuum fauorem. Vt si quid in meam

rem efficere queas,ad id te impigrum reddere non erubeas, Si hoc ut ſpero feceris,de me poteris tibi polliceri dum uita mihi comes fuerit, ſemper honos nomenq; tuum laudeſq; manebunt apud me, & omnes qui ſaltem meam muſulam non erunt aſpernati. Scripſi etiam ad illu ſtrem principem Eberardum,ſed heu fatorum immutabili ſerie abla tum ad ſuperos,ad omnium Minerua inſignium perniciem & incom modum,ſed de his in aliud tempus,Vale Germaniæ decus,& me in ſi nu tuæ manſuetudinis foueas,Iterum uale, Anno M. CCCC.XCVI.

Henrici Bebelii Sapphicon ad eundem Ioan
nem Reuchlin.

Capnion magnum ſpecimen Sueuis
Te parens rerum uoluit nitere
Ante mortales,uelut ante Phœbus
Sydera ſplendet.
Optimis fulges ſuperum fauore
Dotibus ſane ingenii uigentis
Ipſe natura ut uideare cunctas
Noſſe camœnas.
Seu uelis græcas latias ue muſas
Aut hebræorum tonitaſſe ſcripta
Optime calles nitidus per orbis
Climata uaſti.
Seu proſam quæras modularis apte
Verba non certis numeris canenda
Verba diuini Ciceronis arma
Faris amœnæ.
Si cupis ſanctos latices adire
Caſtali fontis Clarii ue uatis
Serta daphnea emeruiſſe poſſis
Tempora circum.
Seu lubet regum celebres triumphos
Atq; captiui exuuias cruentas
Pangis ut uatis tuba Mantuani
Bellica uerba.

Seu lubet ſocco aut Sophoclis cothurno
Optime certas,tenui ue plectro
Pindari & Sapphus fidibus canoris
Carmina ſcribis.
Flebilis ſeu uis elegos miſellos
Et puellarum calidos amores
Lydiæ quondam reſonas calentes
Pectoris ignes.
Pluribus quid te memorem peritum?
Quem nihil iuris latuit ſacrati
Cæſaris leges memori retentas
Pectore doctus.
Ardua & magna moderaris arte
Principum paucis adeunda facta
Dona uirtutis tribuit benigni
Syderis aſtrum.
Vltimo craſſas placidis ocellis
Vt ſoles,noſtras foueas camœnas
Sufficit nobis heliconis amnis
Paucula ripa.
Et rudi plectro teneris ſub annis
Collibet ſacras aditare muſas
Incitor fato ex adytis & imis
Numine Phœbi.

Henrici Bebelii Elegia ad eundem Ioannem Reuchlin
Phorcenſem LL. doctorem.

Miraris ſi forte tuos accedet ocellos
Muſula noſtra rudis,uiſere niſa diem
Nyctimene ueluti tenebras ſi forte peroſa
Egreditur ſpecubus non bene lucis amans.
Fit ſonitus uolucrum,nam circum penniger ales
Deuolitat,clamor ſydera pulſat iners.
Quiſq; nocere parat,nunc hoc nunc carpitur illo
Omnis enim miſeræ eſt inſidioſus aui.
Sic mea arundo pauet tenui ſubnixa pudore
Ventoſi critici triſte ſupercilium.

Quæ prius in lucem nunquam procedere uisa
Non æquam trutinam rite subire timet.
Tam quid enim sanctum? diuino uel Ioue dignum
Quod non liuor edax dente nigrante petit,
Te tutore tamen superas gradietur in auras
Et si sit timor huic nomen in ore tuum.
Castalides dudum nostra regione fugatæ
Exilium miseræ sustinuere deæ,
Et queritur quisquis diuina Palladis arte
Candidus Aonium continuisse nemus.
Credo equidem uerum non alite fallor inani
Pierides nostris ædibus isse procul.
Flumina Pegasidum summo demersa profundo
Tam libuit Sueuis temnere dona deum.
Ni fueris pridem nostrum delapsus in æuum
Musarum donis inuigilasse uolens.
Colligis & condis flauus quæ dictat Apollo
Dignus es à sera posteritate coli.
Nam tibi grandiloquis maior facundia rebus
Ingenioq; tuo flumina larga colunt.
Carminibus Geticum uatem potes Orphea doctus
Vincere,& iliados nobile cedat opus.
Qui legis historias gentis monumenta uetustæ
Quas condis proprias postera turba leget.
Quicquid tum demum docuit recutitus Apella
Hebræo calamo noscere cura fuit.
Literulas graias quo non edoctior alter
Germanus,latias doctus ubiq; tenes.
Sic tua fama potest geminum penetrare cubile
Solis & arctoos tum calidosq; Lybas.
Atq; tuum nomen poterit neq; longa uetustas
Perdere,dum mundo Phœbe coruſce micas.
Ergo sinu placido foueas pater optime uatum
Rustica dictabit quicquid auena tibi.
Atq; tuos inter famulos numerarier opto
Vt nos erudiat docta Minerua tua.

Henricus Bebelius Iustingensis politioribus literis præfectus in gymnasio Tubingensi S. D. P. Ioanni Reuchlin Phorcensi legum, poetices, omnisq; literaturæ uiro consultissimo atq; antistiti præceptori suo.

Et si parum tibi sum cognitus uir eruditissime, nec ulla extant merita, propter quæ iure quicquam a te efflagitare possim, non tamen temperabo mihi quin audacter tuæ eruditionis iudicium requiram, animatus uel hoc uno, q; sciam te liberalium disciplinarum studiis expolitissimum. Vnde tanq; ex fonte uberrimo mansuetudinem cæterasq; uirtutes & in primis humanitatem emanare sapientes prodiderunt. Humanus autem nihil antiquius ducit q; bene mereri de hominibus, id quod nomen prodere & significare uidetur. Tu igitur cum omniũ iudicio habearis & sis polyhistor & philosophotatos, atq; nobilissimarum trium linguarum eruditissimus, non potest esse quin sis & humanissimus. Vnde mihi fiducia uenit meas apud te preces non frustratum iri, & mihi iudicium tuum desyderãti te nunq; defuturum in rebus ut tibi compertissimis, ita mihi non satis cognitis, & quæ anxias & superstitiosas inter literatores contentiones soleant mouere, Velim itaq; scire uir doctissime an scribendum sit kyrie eleison nõ kyrieleison, proximiori e ante 1 eliso, & an eleison sit quatuor syllabarũ uel leison eliso e sit trium, ita ut accentus cadat super penultimam uidelicet i ante s, an e & i constituant diphthongum & unam syllabam. Secundo an in nomine euangelium u post e sit consonans & habeat sonum quasi f, uel constituat diphthongum cum e præcedenti, ut uulgo pronunciatur, Vnde locum habeat metrum nescio quale cuiusdã uersificatoris Ebrardi græcistæ qui ita ait. Euq; bonũ signat & ab hoc euangelium fit, Peruersum sit euan hinc sit euangelium. Sunt itẽ apud nos qui cum pronunciant euangeliũ, eucharistia & similia, more græcorum enunciant sono illo eufangelium, eufcharistia. Tertio an pronunciando μεταμόρφωσις & similia accentus debeat cadere super o micron in media, non super ω, non obstante q; hoc longum sit, alterum breu e. Quarto an σοφία & similia cum a nobis pronunciantur debeãt in penultima longari, & an etiam possint lõgari in carmine, cũ ἱστορία historia similiter scribatur cum accentu in penultima, & tamen nec in carmine nec prosa enuncietur nisi penultima breui & accentu ca-

dente super o,& an bene ita pronuncietur. Hæc sunt uir clarissime de quibus certior fieri cupio,nec dedigneris rogo & obsecro quanto citius possis respondere homini tui obseruantissimo,& cuius si unquam opus habeas,omnem operam & seruicium tibi peculiare ducere possis, Vale, & me cõmendatum habe,Ex Tubingen quinto Kalen. Martias,Anno M. D. I.

Henrico Bebelio Ioannes Reuchlin
Salutem.

Facile patiar pro tuo desyderio, immo plurimum aueo te mihi tuis illis nobilissimis uirtutibus fore notum, Sed heus tu mi Bebeli cur a me ueterano & ludi literarii emerito milite grammaticũ opificiũ quæris? cuius & dux & imperator ipse in musarum castris quotidianum exercitium agis,Redigere me uis ad incunabula & uagitus puerorum, ut Paulum Tarsensem cum suis Galatis iurgantem audiamus,quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa quibus denuo seruire uultis. At fuerit ille de aliis quibusdam locutus elementis,ego satis tuo erga me amori facturus, aio kyrie trisyllabum esse,primamq; per hypsilon,secũdam uero iota scribendam,cui sit accentus in prima peracutus, Eleison autem uerbum imperatiuum tetrasyllabum accentu similiter in antepenultima acuto,nec fit diphthongus unquam ex ε & ι uocalibus,quapropter a nostris ob ignorantiam Hellenismi male cœpit pronunciari hoc totum kyrieleison quinq; syllabarum quasi per synalœpham elisis uocalibus De euangelio idem quod de Euãdro tibi iudicium sit. Nam cum post eu consonans litera sequitur,tunc diphthongi hoc est duarum uocum sonus retinetur,ut euge Eusebius Eunuchus. Sequente uero aliqua uocali,compertum est enũciationis diuisionem admitti,manente diphthongi quantitate ut Ptolemæus,Euergetes,Bacchus Euius. Et Virgilius in octauo,Tum pater Euãdrus dextram complexus euntis. Haud secus atq; in au diphthõgo accidere assolet,ut gaudeo gauisus,& econtrario auis auceps,Quid aũt sup metamorphosi sentiã,quoq; tales dictiones accẽtu,pnũciari debeãt. Certe pmultũ refert græca latine uelis dicere an græce. Nã si togã eis latinã induas,romana seruabũt præ-

cepta ut quibus breuis eſt penultima,his acutus in antepenultimam cadat accentus,uelut,hæc Dorothea huius Dorotheæ,hic Timotheus huius Timothei,hic Socrates huius Socratis, hic Hippocrates huius Hippocratis, hic Ariſtoteles huius Ariſtotelis, hic Praxiteles huiꝰ Praxitelis.Aliter enim ea ſi græce proferas,penultima ueniet eleuata,hæc Dorothea huius Dorotheas,hic Timotheos huius Timotheu,hic Socratis huius Socratus,hic Hippocratis huius hippocratus,hic Ariſtotelis huius Ariſtotelus,In quibus uero penultima ſyllaba reperitur lõga ea ſi græco pallio cupias ornari ſpectanda ueniet ultima ſyllaba, quæ ſi longa fuerit,accentus exaltabitur in penultima.Sin uero breuis leuãda eſt acuto ſono antepenultima,& ita in barytonis. De hiſtoria & ſophia ſicut de papia & philoſophia communem uſum eſſe conſyderandum Priſcianus Cæſarienſis in libro de accentibus præcipit. Tu uero eiuſdem diligenter lege præceptum in libro ſecundo artis grammaticæ capite octauo de poſſeſſiuo,ubi tradit in quibus i penultimam puram producant Romani.Cæterum quæ penultimam lõgam quantitate habent,eam ſemper eleuant,niſi ſit quædam exorbitantiæ cauſa, Hæc q̃ potui breuiſſime ad te ſcripſi,tum propter nuncii tui feſtinationem, tum etiam q̃ interea parum elangui, uixdum recta ualetudine conſtitutus.Fœliciter uale.

Sebaſtianus Brant S. D. P. Ioanni Reuchlin Phorcenſi.

Nulla ego in culpa ſum mi iucundiſſime præceptor,ſi iandiu nullas a me receperis literas, quoniam tabellariorum id effecit inopia, Nam quod tibi bene eſſe percupiam eſt tibi exploratiſſimum,οὐ φραίνομαι equidem non mediocriter,quippe qui χρήσει καὶ κτήσει tuus ſum, & profecto ſi malis mancipium tuum.Gratulor inquã tibi mi ſuauiſſime frater,quoniam in ea curia principis es,quo Alemannia noſtra nihil habet excellẽtius,nihil illuſtrius.Atq; ναὶ μὰ δία ſciebam ego iſtud fore in fatis,quæ certa lege res humanas diſpenſant,ut aliquando integritati atq; innocentiæ tuæ accommodatus ſtatueret locus. Verum quoad id futurũ erat, ignoraſſem,niſi literis tuis lætiſſimis paulo antea certior factus fuiſſem,Qd'præterea de rebus meis ſcire cupis nihil te celabo, Ego fortunam ipſam fugientem moror, ſequerer fortaſſis, niſi ipſa rerum diſpenſatrix nollet, Sed quod grataris mihi quoniam pro ſingulis uerſibus ſingulos byzantios receperim.

Ita habeas uelim, mihi pergratam immo iocundam esse tuã istam εὐτραπελίαν, Plane spe futuræ numerationis recepi, Vereor tamẽ ne iam unus & item alter annus obstabit petẽti, Quid plura? ego spem precio emi, ex nudo pacto non oritur obligatio, scis quid intelligã? Accingam me operi pro impetranda licẽtia, Dii secundent cœpta. Ego a Musis in uerbosas leges incidi. Vale pars animæ meæ, musarumq; patrone. Ex Basilea quinto iduum Ianuariarum die. Anno M, cccc. lxxxiiii.

Sebastianus Brant, Ioanni Reuchlin Salutem.

Literas tuas optatissime frater mihi in primis suaues eo iocundius recepi, hilarioreq; uultu perlegi, quo serius ad me tãdem (tametsi non absq; fastidio hactenus expectatæ) prodiere, atq; utinã me idoneum saltem existimares, ad quem crebrius humanitas tua scribere non dedignaretur, Posses etenim (ita per ecastor credas) mi frater mihi gratius facere nihil. Sed iandudum scio forenses tibi pertractandas esse causas creberrimas, neq; rursum me latet, q̃ frequentia tibi sint subeunda castrensia negocia, id quod nuper in Abbatis nostri Spanheimensis Catalogo absq; suspiriis, communisq; patriæ nostræ querimonia præterire non potui, Cũ præsertim tu solus & unus existas, qui Germaniam nostram ingenio tuo illuminatam, scriptis tuis desideratissimis illustratam, celeberrimã quoq; reddere posses, sed tua te uirtus opera ad maiora reseruat, Quo fit ut inter assiduos nostros gemitus, hoc unum tibi gratulor mi frater, mihi quoq; gaudeo qui a literis scilicet abstractus, apud eum tamen degis principẽ, quo hæc nostra Germania nihil habet excellentius, nihil illustrius, quippe qui singulari sua uirtute atq; beneactæ uitæ suæ præconiis cantatissimum ducale nomen, Militarisque romani Imperii disciplinæ supremum magisterium iure meritissimo iam pridem a sacrosancta Regia Maiestate obtinere meruit. Atq; proinde nescio si quod præstantius in terris nomen a diis immortalibus, illustri suæ magnificentiæ conferri potuerit. Viuat posco diu fœlix dux maximus armis. Et patriæ præsit Imperioq; diu. Cæterum emendationes tuas in libros de uerbo mirifico per te notatas in fine citandas perlegi. Dabo quoq; operam quantum in me erit ut coniunctim pro tuo uoto imprimantur, Post calcem quoq; eorum librorum qui adhuc in manibus sunt impressoris reponant, quo cõspectius liquere possit

quibus in locis impressorum inaduertentia egregias tuas deprauarit sententias, Tu interea curabis ut aliquando te coram contueri liceat, tuaq; iucundissima frui præsentia. Vale suauissime præceptor, tuasq; amœnissimas ad me sæpius ire sinas literulas, plurima te puer noster Onophryus impertit salute, qui utinã sub te magistro teq; præceptore de locupletissimo effluentiq; Castalio tuo latice aquas potare mellifluas aliquãdo posset. Iterum Vale, literarum & patriæ nostræ decus. Ex Basilea kalendis octobribus, Anno M.cccc.xcv.

Sebastianus Brant Ioanni Reuchlin Salutem.

Gratulor & quidem uehementer suauissime Capnion, te patrios tandem iam repetisse lares, Coniugis in gremio placidũ capere atq; soporem. Et in primis quoniam ab illa erumnosa te liberatum extractumq; esse curiali molestia accepi, qua graui⁹ libero præsertim homini & more tuo philosophanti, musarumq; alumnis arbitror cõtingere posse nihil, siue quod perpeti minus sustinerem, præcipue si cui τύραννος καὶ μωρὸς καὶ ἐκεῖνος ἔτι κακόζωος ἀρχιληστὴς contingeret, qualem tete aliquando expertum tua cõmonstrat comœdia, quam Leontorius noster mihi sese transmissurum pollicebatur, sed nondum uidere merui. Gratulor præterea quoq; tibi optime Capnion mihi uero gaudeo, quia quam de morte nostra audieras famã, hactenus uanam compereris. Illa quidẽ in diis est fati mora, tollere uitã ius habet atq; animam qui dedit ipse deus, Scio te eam tametsi inanem ægre saltem tulisse migrationis nostræ famã. eo ꝙ me tuum discipulum, uel si malis seruulũ, ingenita uirtute & bonitate tua præceptoris more diligas, idq; mihi sit exploratissimũ. Et ob eam quoq; rẽ perpetuo me tibi deuinxeris amoris uinculo, Mi Capnion o mi Capnion quã iucũdam tranquillamq; inter musas tuo in mõte græco agis uitam, non modo philosophicam sed & haud secus atq; Phœbũ in Parnasso aut Orphea in Rodopeio iugo fidibus sese oblectasse canoris aiunt, Capnion o fœlix qui fato quiq; secundo Hercule Pieridas ad tua uota uocas, Ast ego perpetuos cogor subiisse labores. Assiduaq; leuem quærere mole stipem. Da ueniam festinanti, multa coram tibi loqui tuoq; frui consilio cuperem, nunc non licet. Sis fœlix, prorsus fœlix, gaudeq; ualeq; Chare magis uita frater & usq; uale. Ex Basilea Idibus Ianuariis. M. D.

Sebastianus Brant ad Ioannem Reuchlin,

Optime Sueuigenum, triplicis decor unice linguæ
Capnion saluum te Ticio esse iubet.
Tu uelut Augustus, Lepidus, Marcus ue Triumuir
Totius imperii es teutonicique soli
Ergo Vale, mea fida salus, mea summa uoluptas.
Fumule & Onophryi sis memor oro tui.

Ioannes Amorbacchius impressor Basilien
sis Ioanni Reuchlin Phorcensi
LL. Doctori S. D. P.

Egregie Doctor Vir humanissime. In commentariis. S. Hieronymi super prophetas sunt plurima uocabula græca e diuersis translatori bus ex hebræo uarie interpretata, & fortasse illud ex hoc accidit, qa uiderũt unã literã hebræã pro alia. Vocabulis autẽ græcis quæ in di ctionariis græcis apud nos existentibus non inuenio, fidẽ dare non audeo, Sunt etiam ea uocabula in antiquis libris ita corrupte scri-pta, q literas quãdoq; nõ cognosco. Quapropter ea uocabula græ ca quæ non intelligo in quaternionibus quibusdam depinxi, eo mo do quo potui ex antiquis libris, & eis breues sententias ex cõmenta-riis præmisi, dediq; ea omnia religioso uiro Conrado Leontorio ti bi ut dicit notissimo ad te deferẽda, qui & mihi affirmauit rem me am apud te promouere, & instare ut operam des illorum emendati oni & correctioni, Quod & ego peto ea instantia qua possum, Et pro laboribus quicquid petieris libentissime dabo. Si autẽ me derelin-quas, neminem scio in Alemãnia qui me iuuare posset. Et forte pro pter hoc, opus infectum permanebit, Spero etiam, postq̃ Hierony mꝰ cum suo græco & hebræo fuerit impressus, q rudimẽta hebræa pluribus uẽdẽtur. Vale feliciter, Ex Basilea xxvii. Iunii. M. D. IX,

Georgius Nuttel Ioanni Reuchlin Salutem

Quæ res mihi in primis exoptanda fuit clarissime uir ea mihi hoc tẽpore forte ut spero fortuna euenit, Nam cũ tuas & humanissimis & piẽtissimis admonitionibus refertas pellegerem literas, maximo fui tũ suffusus gaudio tũ rubore, quippe qui scribis ob tabellarii fe-stinationẽ literas tuas carere politiore stilo, & te philosophica usurũ polliceris breuitate. Vere inq̃ philosophus philosophia uteris. & quã gratissimis auribus animaduerti, animaduertãq;, in q̃ haud diffidas.

Cæterũ qd de Iasone Maino admones,qui me scientia & autorita-
te augere possit,uerum fateris.Et ego uerũ fateor me futurũ suum,
ni Rhamnusia prohibeat non pœnitendum auditorem,& quem in
genue doctorem(si opt.max.pater instituto aspirarit meo) nunquã
diffitebor.Et id absq; ambitione intelligas uelim, syncero nãq; edũ
tur promptuario.Rubore præterea affectus,cum satyricum istũ quẽ
præ se ferunt eæ literæ tuæ sentirem mersum, quo me(non dico in
iuria taxas, q̃ bellorũ torquear a uero scholasticorũ plurimũ aber-
rans ut tuo uerbo utar tramite discriminibus.Veniam precor patro
ne,si minus uerecunde ad hæc respondero. Eo nanq; tempore quo
ad uos priores destinabam literas tanto erat Papiensis cõcitatus fu
rore populus(difficile dictu)Testis erit locupletissimus ea in re ta-
bellarius iste meus.D.Ioannes,qui coram fatebitur,taceo alios. Et
ego bimestris ut ipse ais in aliena ora,ignarus tum morũ tum casuũ
eiuscemodi rerum,ne mihi subtimeã,non negabis unquã.At modo
paulo maiorem concepi fiduciam,Licet cominus instent dissensio
nes inter sanctissimam papam & Regem Frãcorum, Nullatenus ta
men latium egrediar,in quo plurimum iuuat morari,neq; unq̃ pro
positũ fuit ante præstitutũ tempus remeare. Ne tuæ in primis cæte-
rorumq; amicorum minus uidear paruisse suasioni,De ea re quæ tũ
sollicitabat eram(fateor)sollicitus,præsertim cum inter bellicos tu
multus legendi non sit relictus locus ullus,quæq; mea cura intermit
tere subuerebar.Nũc uero animi dissolui nodũ liberq; curarũ succi
siuas impendo horas in perscrutandis legibus,In quo studio fastidi
um abstergitur omne.Demum,gratus gratissimũ suscipis animum
Quodq; miserim calamos,gratiarum actione mea sententia nõ est
dignum,gaudeo tamen si quid facio quod placet,& id gratum fuis
se aduersum te,habeo gratiam.Reliquum est in calce literarum ne
prodigalitatis incidam pestem paterne & amice exhortaris. Facis
tu quidem recte & pro humanitate tua in me propensissima,& q̃ tã
pecuniosus iam sim redarguis,Fateor,at memineris uelim me plus
quinquaginta erogasse aureos ꝓ chartacea mea supellectili qua ne
cessario indigebam,ut alias inquit Nicolaus quartus in.c.exiit uer
habetur de uerb.sig.li.vi.scientiam requirere studium cũ libris. præ
tereo alios necessarios usus pro primo tempore. Cogitabam item
si alio proficiscendum fuisset illud Martiani,qui habet nummos se

cura nauigat aura. Addit Ausonius, Fortunamq; suo temperat arbitrio. Cunq; imminebat fortuna, eam regendam arbitrabar, si tamen nummi non deessent, contentus uiuam de cætero, & languescens tua de me spes fac reuiuiscat. Ego id temporis quod reliquum est curriculum totum bonis impendam dispensaboq; literis, quoad de me actum sit. Hoc unum te uelim, si ductu & auspicio tuo fieri poterit conuenias Sebastianum Vuelling de re filii sui, qui ut ad me migret ad hibernam tempestatem uehementer opto. Fecit non loquacitas sed beneuolentia longiorem epistolam q̃ par est. Et citra Senecæ præceptum quo dicit epistolam non debere sinistram manum legẽtis implere, dabis ueniam & ruditati ignosces. Vale fœlicissime cum Metelli fœlicitate, dii te tueantur, annosq; longæuos largiãtur ut sanctissimos tuos atq; grauissimos mores quasi quandam ideam intueri possimus. Ex Papia xv. Iulii, Anno M.D.X.

Ioannes Vuaker latine Vigilius iuris utriusq; doctor
Ioanni Reuchlin salutem dicit.

Qd ego mi Capnion hactenus & ab ea hora qua a me discessisti usq; in hunc diem etiam tuis literis id a me exigentibus nihil literarum ad te mearum dederim, uix ausim ne dicam possim me excusare, cum tot interea habuerim occasiones scribendi, totq; nuncios ut mille ad te & innumerabiles epistolas dare potuissem. Sed ut saltem uno si uelis argumẽto me habeas excusatum, utq; uerum loquar, nõ transiit mensis post tuam abitionem quin & a principe & a cancellario & interea sæpius audiuerim te uocatum, tibi scriptum etiam manu principis ut huc uenires, q̃obrem maxime calamus meus sese cõtinuit, uolens omnia in tuum aduentum differre, quanq̃ plura semper ad te fuissent scribenda. Sed nondum compares. Ideoq; possem ego omnem culpam meam in te transferre. Velim ergo tibi persuadeas meam ad te scribendi negligentiam, & tuam item ad nos rediundi tarditatem, tanq̃ paria delicta mutua fore compensatione tollenda, quanq̃ ego minime dubitauerim te non sine urgenti ratione domi continere potius q̃ hinc inde uagari. Spero tamen sperantq; quin immo & optant & desyderant multi alii te aliquãdo nobis præsentem futurum, ut ore ad os negocia mutuo inter nos agenda pro uoto possint expediri. Sperat & id Andreas theologus noster, qui totiens tuam optat præsentiam, quotiens se meminit esse infirmum, ac

f

nullum apud se habere medicum a quo recipiat medicinam,hoc est, qui in philosophia secum usq; in secundam aut tertiam noctis uigiliã perpetuo secum disputationem continuet,eiq; aduersetur. Nũc enim dicat ubi est Reuchlin cum suo instans,utinam adesset, Iam uero tui cupidus est,ut cum eo commiserationem habeas illius totius nostri seculi eiusq; tam miserabilis status,eumq; audires sese ultra in hoc seculo minime mãsurum,Quin immo mox sibi ad Schonau suamq; illic habitationem esse diuertendum,aut saltem semel eandem esse ab eo uisitãdam.Pastor præterea in Steinach quid tui egeat nescio, Sæpius tamen tuam diuturnam absentiam dolens miratur,Præsul item noster & Vangionum nedum te desyderat nobiscum esse, sed indies conatur inuenire media quibus te reducat ad se,ut etsi te perpetuo secũ detinere non possit,saltem te præceptore per hanc hyemem futuram utatur.Constituitq; uxori tuæ ut consensum præstet transmittere pro pediem plaustrum uini boni.Tu interea delibera quid tibi sit faciũdũ Sed ut de reliquis taceam, quid credis de me ipso? nunquid ne ego desyderem tuum festinum aduẽtum? Profecto merito id credere debes, ego enim præter te nemĩnem habebo saltem chariorem,qui nostro more mecum in multam noctem uina mea noua optima dulcissima & in magna copia gustet,probet,deglutiat, Spero enim me habiturũ ad annum futurũ decem plaustra non minus uini noui optimi & dulcissimi.Neminem præterea habebo qui dum mane surgendũ est uestibusq; induendũ,promiscue & suis & meis utatur uestibus.Quid multa? carebo ego unico meo solatio,Ob eas tamen res omnes,nolo facias quod tibi non conducat,quodq; tuo iudicio tibi uidetur aduersum Quod si æque tibi ut mihi congrueret,faceres rem mihi longe oĩm maxime gratissimam si hanc hyemem totam etiam meis impẽsis nobiscum ageres,postea q̃ enim nuper a me discessisti, tum primũ sensi ego atq; magnifeci solatia quæ ex tua præsentia indies acceperam, Nacta semel opportunitate si uenire non potes,describe saltem nobis uitam tuã domesticam seu heremiticam,credo enim te in solitudine domus tuæ cum solis libris tuis delitescere,& ut alias cõstitueras a negociis curialibus abstinere,Decanus noster Spirensis iam multos dies laborauit febri quartana,cui si potes scribe q̃ primum literas consolatorias & medicinales,facies enim ei rem gratã, Fuimus nuper Cancellarius,pastor in Steinach & ego cum eo cõsolationis causa, Fuitq; ob

eam ſolam rem nuper cum eo ſereniſſimus princeps noſter, cæterum utile(ut tandem has barbaras literas concludam) ſperarem fratri tuo fore,ut ſemel adeſſes præſente principe,poſſet enim denuo ei promitti ſtipendium pro continuanda lectione in lingua græca,ad quod cancellarius laborat,ſed ſuus ſolus labor timeo non ſufficiet, quanquam & ego non omnino dormiam.Eſtq; res propterea eò deducta,ut ſi tu uel unum uerbum noſtræ actioni apud principem addideris,res expedietur indubie,poſſetq; ſic frater tuus continuare ſtudium ſuum quod in legibus & canonibus incepit,Vale & me ama,atq; uxori tuæ dulciſſimæ dic meo nomine ſalutem multam,rogaq; mei loco ut ſi alias fieri poſſit commode,ſaltem te ſemel ad nos remittat, Vale iterum,raptim in die animarum,anno M.CCCC.XCIX.

Capnion Vigilio ſalutem.

Tua in me uoluntate mi amantiſſime Vigili,uide quanti te faciã, nihil mihi poſt libellos & chartas iucundius,nihil ſuauius unquam,id ſemper audienti ex omnibus qui ad nos iſtinc ueniunt egregia te de nobis ſollicitudine affici ut ualeamus,Quod nuper etiam nobilis adoleſcens ille Lonchinus & Dionyſius frater probe teſtati ſunt. Eò ſum ductus maxime ut ueſtro cõtubernio ſi non omni momẽto at q̃ ſæpe quoad licet intereſſe cupiã,ubi acutis & acribus ingeniis nõ modo priſcorũ dogmatũ theſauri eruuntur,uerumetiã ætatis noſtræ meditantẽ inuenta,ubi nihil eſt uſq̃ uel diuinarũ uel humanarũ rerũ quod nõ inter fœcundos calices Ariſtotelico more in utrãq; parte diſputet, quo in genere(dii boni) quãto cũ ſtudio Andreã noſtrũ illũ philoſophiſſimum hoiem abundantiſſimo dicendi torrente ac uiſermonis p̃ditũ audiuimus oẽs,etiã in multã noctẽ ab eius ore pendẽtes,quom qua de re dicere illũ libuit perpetua orõne uſus pulpitum concederet nemini Ego uero Arceſilæ modo & Carneadi cõtra omne quod propoſuiſſet conarer diſſerere,Meminiſti ne q̃ pugnãtia duo & contradictoria in uno quodã latiſſimo inſtãti uera eſſe ſtatuebã,q̃tus ei riſus cũ exclamaret,ubi eſt inſtans Capnioniũ,Nec mirũ q̃ de ſuæ orõnis flumine tam multa hauſimus,cum totus fluminibus ſcateat,unde tanquam de ſpõgia quandocunq; altercationum certamine comprimitur, Varii manant philoſophorum riui,inter cacumina doctiſſimorũ uirorũ,alter Apollinis Parnaſſus,ex quo Tanaim,Bactrũ,Choaſpen,Indũ,Araxen, ingentia flumina ſcribit Ariſtoteles ille Stagirita impetu profluere,

alter orientem uersus Promethei Caucasus,unde Phasis lento gradu elabitur,alter ad occidentem uertex pyrenæus,hinc Rhodanum illinc Tartessum emittens, alter in Libya æthiopicus tractus, unde ægõn & Nyses & Chremes & Nilus,alter ad aquilonem Arcynium iugum ut extat in Meteorologicis, unde fama celebris Hister exoritur in Euxino ponto mergendus, Et hic noster ignobilis Nicer societate Rheni ad borealem Oceanum properans quem uos familiarissimi contubernales mei accolitis,& accolitis quidem sine me ad hos latices Pieridum,cum tanta uoluptate quanta ipse Andreas ad latices accubat balneorum Finge tu mihi hominé humi serpere ad fontis ædiculam in meditullio æstuarii mox repentem propere post sudores uixdum meticulose primo illas ipsas fistulæ guttas summis digitulis attrectare,ac tãdem stillantem aquulam osculari,clanculo mordicare & lambere,deinde insumere & resumere, postremo haurire,sorbere,deglutire,& usq; ad immensam sacietatem ingurgitare,O q̃ prosperi Andreæ successus,O quanta fœlicitas.In siti humidum,in æstu frigidum,tactu leue,uisu limpidũ,auribus rauco murmure sonorum,dulce gustui,& salubres herbas præterradẽs suauissimi odoris libamen.Iam cogitanti mihi arescunt fauces & ipse sitio, qui Andream aquas potare scribo,non Tantalum qui ne labra quidem admouet,sed memoratu dignissimum Protea illum & sacerdotem & uatem.Affer igitur mi Vigili heluеolum tuum quod græce chenopoda dicimus,ut relictis Andreæ Nereidibus tecum bibam⁹, simulq; cum religionis nostræ colũna Iacobo theologo Selistatino quẽ apprime diligo. Et quidem fauẽtibus superis cõbibemus tandẽ aliquãdo,& una cœnitabimus,quando noua inter uos stella oriri & lucere uisa est,nõ ex ueteribus planetis unus,quos maiores nostri errones uocauere,sed sydus aliquod summatis orbis ille cõsultissimus iuris Venigerus,quem suo merito uas legum appellauerim,ut Baldus Azonem.Vale fœliciter cum tuis immo nostris,& Dionysio fratri benefac ob amorẽ in te meum.Ex Stutgardia sexto Kalen. octobres. Anno M.D.

Conradus Leontorius monachus Mulbronnensis,Ioanni Reuchlin,latine Capnioni Phorcensi S. D. P.

Festinabam fateor sed frustra mi iucundissime amice,ut te Stutgardiæ pro tua in me beneuolentia & pro mea in te perpetua obser

uantia alloquerer ac amplexarer, sed interuenit occupatio tua, immo non tua sed aliena, qua utinam non esses obstrictus. Sed interim ab illo iucundissimo literario ocio necessario auocaris, ne forte cõtemnere uideare id cuius sub umbra temporario emolumento conuisti. Verum enimuero quom præstantissimum animum tuum, & illam ingenii tui naturam acrimoniamq; curiosus scrutator exploro, uideor mihi in te uidere quod excellentissimi philosophorum aut neglexerunt aut minime fuerunt attentare ausi. Socratem siquidem illum Apollinis oraculo sapiẽtissimum iudicatum, ciuilia Reip. gubernacula tractauisse non proditur memoriæ, Platonis diuinum ingenium intra celebratissimam academiã emicuit. Stagirita Aristoteles Alexandro Magno se pædagogum q̃ exercitus imperatorem præstare maluit. Quid Stoicorum Epicureorũq; uulgatissimos principes commemorem? nonne intra philosophiæ sinum inglorii consenescere q̃ imperatorias mortes triũphis ornatas subire maluerũt? adeo paucos inuenies qui theoriam laboriosa cum ciuilitate coniũxerint, & Reip. fungẽtes muneribus se nihilominus philosophiæ studiis addixerint, Te uero unũ admiror q utrũq; munus splẽdidissime soleas obire, & hinc quidẽ publici muneris oratorem te ita exhibes ut paucos, philosophiam uero adeo elegãter, subtiliter, profunde indagare, elucidareq; cœpisti, ut nullos tecum hac tempestate conferre nec ausim nec possim, Huius meæ opinionis immo uerissime existimationis feci periculum. Quom enim Basileam Ioannem Amorbacchium conuenturus peruenissem, pro sua in me beneuolẽtia iucundissimo & elegantissimo donauit munere, illo scilicet opere tuo De Verbo Mirifico prorsus mirifico, quod primus ego ex illa officina sua impressoria deportaui, Legi perlegi relegi, summa cũ admiratione inuentionem eloquentiã, enodata mysteria, & quod nullus ante te latinorum ne cogitauit quidem illud Iheſuh tuũ, obstupui, At quid facerem? quid dicerem? fœlicissimo auspicio in lucem es editus, submurmuraui tacitus, Germanum nomen hactenus barbaræ existimatum immortali es gloria illustraturus. Macte ingenio, macte doctrina uir eruditissime & amicissime perge ut cœpisti, ne semper Germanicam eruditionem Italicum irrideat supercilium. Tractas quidem Remp. sed interim summi philosophi & eloquẽtissimi oratoris munus implesti. Si quis deus romana rostra & campũ Mar-

cium redderet, desperarem nec illustrem oratorem in illo splendore pstantissimorũ uirorũ te euasurum. Refloreat illa tot seculis decãtata academia, an subdiuino Platonis ingenio dubitem te nõ maximi philosophi nomẽ habiturum? patere queso ut citra omnem adulationẽ te admirer ac laudibus ornem & quidem meritissimis, Ego te trilinguem immo quinquilinguem Sueuũ Romano Tullio non æquo tm̃ sed etiam præfero, tanti existimo ex hac barbarie in tantam eruditionem emergere potuisse, sed de hoc satis. Redeo ad mirificũ illud opus tuum, quod statim quinquies emptum indomito Rheno demirandũ transmisi, Verum unum hoc indolui, q̃ præter omnem uoluntatem meam in ipso frontispicio tam mirifici operis tui nomen etsi obseruãtissimi tui, pauperis tamen ineruditiq̃ Conradi uisitur, legiturq̃. Longe siquidem cultioribus & ditioribus ornamẽtis uestibulum illud primum intrantibus decoratum politũq̃ esse debuisset, ut blando ac diuite aspectu lecturum mira & abstrusa illa mysteria alliceret castum, deterreret prophanum. Vereorq̃ ne incultum illud frontispiciũ lecturos alioqui multos submoueat, dum hinc periculũ de toto reliquo ornatu sint facturi, Sed me tibi excuso amicissime amice, nesciebã opus tuum chalcographo esse datum, nesciebam te extremã imposuisse manum. Sed cum Mogũtiæ Abbatem quempiã mihi incognitũ librum de ecclesiasticis scriptoribus componere didicissem, admonui Iacobũ Selistatinũ ut nominis tui apud illum Abbatem summa q̃ta posset cõmendatione meminisset. At cũ tum illud Abbatis Basileæ imprimeretur opus, Iacobus ipse Vuimphelingius literas meas Ioanni Amorbacchio transmisit, ut ex ipsis nomen tuum cũ debita cõmendatione excerptum insereret catalogo scriptorum, Cum autem interea opus tuum Mirificum inciperet imprimi, pro quodam argumento operis tui epistolã meã præmisit. Quæ omnia Ioannes Amorbacchius mihi retulit, ex cuius ore me tibi iucundissime amice excuso. Quod tamen tecum Germanorum facile omnium doctissimo (q̃nquidem ita accidit) iuncta nomina fero, q̃ gratum mihi fore arbitraberis? Iampridẽ fratrem me nominabas, nunc tibi multo sum iũctior, præsertim cum prima illa eruditissimi ingenii tui fœtura, sine nomine meo in lucem non sit edita, sed restat aliquando coram longior confabulatio. Cæterum uelim cognoscas consilium meum, neq̃ enim possum ab amico quid facturus sim abscondere, Ad Alemanniam reuocaui Mulbron-

nensium rogatu, Gallias desero, Seruitum Mulbronnæ ueni, non solũ præter sed contra uoluntatẽ reuerendissimi domini Cisterciensis, qui me honore & ueneratione plus debito prosequutus est. Iurauitq; me post annum reuocaturum ad se, Deinceps tamen me Mulbronnæ reperies, habebis ex me literas crebriores. Quæ enim necessario sum interrogaturus multa habeo. Nihil postulo nisi amicitiam beneuolentiam humanitatem tuam, quam mihi ut spero non denegabis siquãdo Mulbronnam transiueris, me compellabis, Tuus enim sum, tuus permansurus, Misi tibi literas doctoris Ioannis Heberlingi ex Dola, circiter Kalẽdas nouembres, si ad manus tuas peruenerint nescio. Ipse se tibi perinde atq; præceptori charissimo commendat, Vale fœliciter tertio Kalen. Apriles Anno M.CCCC.XCV.

Conradus Leontorius Ioanni Reuchlin Phorcensi.

S. D. P. Salue præstantissime præceptor tanquam frater colendissime, quã sim memor & amans præstantiæ tuæ uel ex hoc coniicere potes, q̃ memoria tui in qua libentissime respiro adeo mihi semper præsens & ut dici solet ad manum est, ut quaqua uersum me uertero te tamen haud quaquam derelinquere aut obliuisci tui possim, tanta est in te humanitas naturæ munere & opera tua insita, tanta erga oẽs beneuolentia, tantum optimarum artium, tantum eloquentiæ & musarum non modo latinarum sed & graiarum familiaritas, ut ipsi barbari te diligere, te uenerari obseruareq; alliciantur, Ego uero si non te ut dominum ut fratrem, ut parentem summa charitate & ueneror & obseruo, sum profecto & ingratus & indignus erga me ingentis beneuolentiæ tuæ, Sed existimo me apud tuam humanitatem nulla quidẽ alia re q̃ diligendo uenerando & obseruando minime ingratum inueniri, Tu interim ut pro tua constantia facis, illum erga me animum tuum candidissimum conseruabis, ut quom illa iterum dies fœlicissimo sydere aduenerit, possim te sine rubore & alloqui & ut parentẽ amplecti. Cæterum præstantissime D. ex Mediolano ad te literas expeditas daturus eram, sed qui perferret inueni neminem, eas mecũ simul & doctori Adolpho designatas Romam apportaui, quas ad te cũ præsentibus mitto, Adiũxi & alias ad amicos meos literas, quas etiam colligatas tibi ideo dari iussi, ut pro tua in me charitate eas omnes diligẽter reddas quo oporteat, Viue & uale cum præstanti coniuge tua, Romæ nonis Martiis, M. CCCC.LXXXIX.

Nicolaus Basellius monachus Hirsaugiensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi LL. doctori.

S. D. P. Ex Spanhemensi academia me denuo in patriam rediisse humanissime uir etiã si te fugisset, uel ex datis ad te literis ad vi. Id. Iulias intelligere potuisti. Qd uero in hunc usq; diem respondere distuleris, non potui non sinistrum aliquid uel de ipsis literis uel amore in me tuo suspicari. Quare & has quoq; prioribus adiicere non iuria curaui, quo plane tibi ego non tu mihi taciturnitatis culpam impingeres. Sed hæc missa, Nunc quod meæ est sortis, ego hic inter Atticos Rhomuleosq; triumphos & dego secure & ualeo perbelle, Deus hanc fortunam secũdis uelis plurimos in dies dirigat, Tu uero quam in te rationem habeas, & si mihi ex Iacobo nostro Mulbronnensi monacho perspectissimum sit, nihil tamen certius tuis epistolis auspicari possum, Velim igitur doctissime uir cariorem tibi papyrum q̃ eum qui te diligit uehementer & plurimum obseruat ne feceris, mea etenim in te obseruantia peruetusta nec calcaribus eget, nec monitore, ipsa sibi sufficiens, etiam inter uariarum strepitus occupationum ustulare uidetur, Retulit mihi quidam ex sancti Francisci obseruãtia Paulus nomine hebræis te literis insudare, atq; propediem efficere ut sicut græca ita & hebræa quoq; lingua studiosis pateat, Non potui nõ mirari diuinum hoc tuũ ingenium, laboresq; iustissimos commendare, quippe qui græcam nostris iampridẽ Germanis linguam primꝰ omnium ut ita dixerim ab inferis reuocasti, & modo hebræũ idioma ut cõmune fiat oĩbꝰ literatoria palæstra exercitatis enixissime laboras. Facis tu plane & probe & docte, philosophorum antistitis omnium (Platonem dico) sententiam imitatus. sic enim apud Architam suum ait, οὐ μόνον ἡμεῖν γεγόναμεν ἀλλὰ τᾶς γενέσεως ἡμῶν ὅ μεν τὶ ἢ τοιοῦτος μεθέξεται, τὸ δὲ τι, οἱ γενναῖοι τοῦ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι, Debent igitur tibi præstantissime uir & Germani & Itali Frãcigenæ & Anglici immo doctiorum ecclesia tota plurimũ, utpote qui tantum & laboris & sudoris onus subiueris. Verum iuxta græcum adagiũ, Ἄτοφ πόνου καὶ καμάτου οὐδὲν ἔργον εὔκολον ἢ ὄνομα σὸν καθορθοῦται. Cessabit ergo iã perfidus quisq; in angulis mussitare iudæus, ut uiderit sese unico hoc tuo & splendidissimo opere deuictũ, Theologi quoq; nostri tibi gratificari debebunt, quippe qui in pristinam gratiam sacras literas atq; historias cũ ipsa ueritate, tua ope

ra rediisse intelligent. Nostrates uero Sueui quibus tuis ipsis uigiliis teneantur gratitudinibus obstricti, ne Apollo quidem ipse fari posset. Vt ut ergo extremam manum operi imposueris (quod breui utinam fieret) me quoq; participem facere digneris, & plurimum rogo & uehemẽtissime oro. Vale literarum decus & asylum Germaniæq; oculus dexter. Vxorem tuam ἀσπάζομαι. Iterum uale, Ex Hirsaugia xviii. Kalen. octobres. Anno M.D.I.

Nicolaus Basellius Hirsaugiensis monachus Ioanni Reuchlin Phorcensi LL. doctori S.D.P.

Nudius tertius quem Apedibus seruum miseras, hospite insalutato uel ut aiunt post fores petita licentia recesserat, Nam ego confectis extemporaneis ad te literis nõ nihil de rure tuo scribere statueram, celeri autem præuentus abitu nuncii quod obiter uix ægre digesseram ad te dare non potui. Verum serui tui siue Dauus ille siue œdipus sit crassam negligentiam Battus noster supplebit. Gratulabor ergo tibi amicissime Capnion, q̃ rus colere tum primum didici cũ tuas ad me suauissimas literas perlegissem, quodq; a populari tumultu & negociorum strepitu plurimorum te subtrahere, tibiq; ipsi uiuere inceperis. Iam nunc enim philosophum hominẽ præ te fers, qui hactenus causidicũ & forensium litiũ te negociatorem constitueras, nunc liber tunc aũt seruus uidebare. Hoc idem autem & Tullium fecisse nostrum & Varronem, Apollonium quoq; Philostratus ait, Nã M.T. Cicero deposita toga curisq; post tergum reiectis in Tusculum secedens nõ iam popularium quæstionibus rerum sese commiscere uoluit, sed secretius delitescens philosophiæ operã dedit, Xerxes etiã magnus ille Persarũ rex non tam armis q̃ agris colẽdis curam egit, Romulus item quo temperanter omnes uiuerent duo liberis tantũ studia reliquit, agriculturã scilicet belliq; artes, hac enim uita tẽperatiores fieri homines iudicabat. Numæ quoq; Põpilio non minorem colẽdi ruris fuisse curã q̃ Romulo legimus, Et quid de Quinto Cincinnato oppressi consulis & exercitus liberatore? Quid de Fabricio & alio Caio Fabricio Curioq; dentato referã? qui in colendis agris & rure tantũ studium, curã operamq; impendebant, ut alter eorũ ab aratro uocatus ad Dictaturã uenerit, alter fascibus depositis ad iuuẽcos redierit, Sed quid sus Mineruã? γλαῦκα εἰς ἀθήνας, Quare tuo rusculo inclusas non alitũ quas tecũ centenariũ iam numerũ æquasse

referunt pippinationes, non porcorũ grunnitum, sed ut cepisti philo-
sophiæ & abstrusarũ quæq; rerũ secreta rimari pergas oro, Hæc oim
philosophorũ studia sunt. Hæc te doctissimis quibusq; non dico æqua
re, nam id tibi factu est facilimũ sed superferre poterunt. Cæterum de
Pauonissa non est quid scribã, Tenes nanq; quod magnopere literis a
me fieri flagitasti. Sed ego te omni tua opinione de candidis frustrari
quam maxime timeo, quia nos hic pauos albos masculos inter tin-
ctas & maculosas habentes nunq̃ albas parire, sed semper diuersicolo
res uiderimus, nisi fortasse tu fœtus præstygio procreare uel arte aliq̃
ipsa oua excubare noueris, Vxorem tuã pedibus laborantem gaudeo
tuo rure delectari, quã meis uerbis saluere iubeas oro, Iterum iterumq;
uale fœliciter, Ex Hirsaugia Prid. Kalen. Apriles, Anno 1509.

Nicolaus Ellenbog prior monasterii Otthenburensis
Ioanni Reuchlin LL. doctori S.D.P.

Redditus est mihi Cratylus una cũ literis tuis uir literatissime, qui
bus aduersa te ualetudine laborare dolenter accepi. Grauaris tu quidẽ
cõmuni literatorũ incõmodo, Solet enim plærunq; pituita eos qui li
teris sũt dediti molestare, quod ex Marsilio Ficino platonico illo phi
losopho de triplici uita opusculũ haud cõtemnendũ legẽs scire potui
sti, Deus optimus maximus a quo oẽs medela, faciat ut q̃primũ sanita
ti restituaris, ut nedũ mihi aliqũ prodesse possis, uerũ etiã toti ecclesiæ
catholicæ, Quantã eẽ iacturam (citra adulationẽ loquor) immatura
tua mors uniuersali ecclesiæ allatura sit, nemo ignorat, nisi literarum
ignarus, Rursũ uero q̃tũ uita comite sacris lr̃is inuigilãs, pdesse possis
dici nõ põt, potissimũ tanta eruditione & linguarũ pluralitate pollẽs.
Ego sane ut petis pro te dignissime uir orare q̃ fidelissime apud deũ
non desistã, Tu uero ubi sanitatẽ receperis, secularibus post habitis ne
gociis, ad diuinas eruẽdas scripturas totus incumbas p̃cor. Audeo eẽ
hoc mihi polliceri, si eiusmodi te armaueris proposito, sanitatem ti-
bi propediem deo largiẽte reuersurã, Vale fœlix, Ex Otthenbura xii.
Kalen. Februarias, M.D.X.

Nicolaus Ellenbog prior Otthenburensis Ioanni
Reuchlin Phorcensi LL. doctori S.D.P.

Fuit apud nos Bacchanalibus his diebus ingenuus uir facũdissimusq;
immo alter Vlysses Dieteganus Vuestersteten, cũ quo tibi nõ parua fa
miliaritas est, Qui sane te sanũ & incolumẽ p̃dicat, quod profecto nũ
ciũ mihi gratissimũ fuit, te eẽ optime ualere uoluptati mihi pmaxi-

mæ est,Deus optimus maximus faciat ut q̃lõgissime & uita & bona ua
letudine utaris,ut cũ patriæ tum uniuersæ Germaniæ utilitati & orna
mento sis.Sed & literatis studiosisq; oĩbus ueluti sydus p̃fulgidũ p̃cla
rissimos multiiugæ doctrinæ tuæ radios diutissime effundas, Ea em̃
de te mihi sentẽtia est, ut tã diu scribas & ĩgenii tui nobilissimas dotes
effundas,q̃diu uiuis,Nec tãtæ tuæ sint in reb⁹ agẽdis occupationes,qn
bonis lr̃is ingenuisq; studiis semp incũbas,& q̃plurima posteris monu
mẽta relinquas,qbus te post lõga etiã annoꝝ curricula uixisse testeris
Vereq; tũc uiuere incipias,ubi uita funct⁹ fueris,sisq; in ore oĩm hoĩm
oculis sublat⁹.O te fœlicẽ q cũ honestate famaq; p̃clarissima & rei pe
culiaris copia,tm̃ bonaꝝ sciẽtiarũ thesaurũ,cũ linguarũ interp̃tatiõe
nact⁹ es.Sũt plane hæc dona sũmi datoris,a quo oẽ datũ optimũ & oẽ
donũ p̃fectũ est,Facis aũt tu prudẽter & fideliter q talentũ tibi creditũ
nõ abscõdis,sed amplissimo cũ fœnore reddere studes,Hæc humanissi
me doctissimeq; uir ad te scripsi,nõ assentatione aliqua duct⁹,sed ani
mi oblectãdi gratia.Nã uoluptate non modica afficior si qñ occasio
mihi offert de te q̃ honorificẽtissime loquẽdi,Sed & ad te scribere aut
tuas uicissim legere lr̃as,tam dulce mihi est q̃ quod dulcissimũ,nihilq;
auidi⁹ desydero q̃ posse aliqñ corã te alloq; & suauissimo tuo colloqo
frui,Rogat te Abba meus bm̃eritus,rogo & ego ut aliqñ opportuni
tate capta ad nos cõcedas,Cæteꝝ inqrere iussi mercatores lõge lateq;
græcã bibliã,sed hacten⁹ mihi cõtingere potuit nulla,Velim itaq; ut si
q̃ uenalẽ noueris,lr̃is me certiorẽ reddas,Vale bũ uit ĩtegerrime,& me
tibi deditissimũ scias.Ex Otthinbura x.kal.Martias.Anno M.D.XII.

Sebastianus Murrho Colũbariẽsis Io.Reuchlin Phorcensi
S.D.P.Dudũ uir p̃stãtissime tuũ iocũdissimũ aspectũ teq; corã uidere
desyderabã.Mirabarq; cur tãto tpe Ilsaciã nõ uideres,eaq; tua p̃sentia
destitueret,sed nõ ab re id fieri autumabã,iunctus em̃ es & generoso &
industrio principi,q tua opa doctrina ac industria multũ eget, iucun
deq; perfruit,Nũc aũt tertio kalendas Iulias accepi tuas desyderatissi
mas literas,quibus te doctissimũ uirũ mei nõ solũ memorẽ fuisse intel
ligo,sed studiose q̃ ego ignoraui lucubratione diligẽtissima quærens
indagasti,meq; tandẽ instruxisti,Qua de re tibi gratias ago maximas,
meq; tibi totũ deuoueo,Moysen quẽ antiquissimis non ignotũ fuisse
græcis edocuisti,eiusq; diuino ore plata leges institutaq; a latinis tãq̃
barbariẽ sapiẽtia & utpote ueræ religionis inimicis spreta ad te missũ

uti desyderas & quidé flagrãter, fecissem, si totus apud me interptatus foret, sed quom solũ Exodũ habeã (ab eo eñ libro cœptũ initium est) ob hebrææ linguæ librorũ penuriã, librarius aũt quotidianis negoci is impeditus est, ut huic rei operã dare nõ sufficiat, Curabo optime doctor, ut breui Moyses neq; tibi neq; mihi desit. Partem libri tabellario huic ostendi, nõ q̃ me fingere putes sed ut desyderiũ tuũ in Moysen crescere faciam. Quem cum Ilsatiam ueneris, tum pro tuis scriptis doctrinisq; pro Moyse grates condignas pro mea uirili exhibebo, Vale meq; inter tuos statue amicos, Iterum uale fœliciter iii. kalen. Iulias, Anno salutis M. CCCC. LXXXVII. Ex Colmar.

Vuolfgangus p̃positus in R or Io. Reuchlin LL. doctori

S.D.P. Quo te noie uocé clarissime doctor ac nostræ ætatis omniũ excellétissime, etiam si oia mẽbra mea uertanť in linguas nescio, nec tu laude mea indiges, quom laude tua plena sit terra. Ideo fama tua excitatus quæsiui, Magister is ubi habitať Et dixerunt ueni & uide, Ecce in Stutgarté. Veniré, psonaliter & uideré, nisi cura rei familiaris humeris meis cõfractis imposita prohiberet. Nec hoiem aliũ sub sole potius uideré propter sacras literas hebræas, quas p̃ oibus calles, in quibus & ego utcũq; proficio, Sed id p̃ oibus auidũ me reddit, quia cũ tu una cũ Sidonio & Baruchia de Verbo Mirifico tractabas, ego licet indignꝰ ad parieté astiti & audiui quõ ille uetus Baruchias aiebat, q̃ pronũciatio nois ineffabilis cõphédereť tribus cõmatibꝰ sub una piodo, eo loco quo Moyses de ineptitudine linguæ conqriť, Sed hodie dictũ Baruchiã non intelligo, nec expositioné dicti nois (licet in manu mea sit Sepher thillim) capio, quia extra sacellũ extiti, in quo licet nõ idola tñ cãcelli iuxta moré gẽtis nostræ alti sunt, quare introspicere non potui, quõ ipse hebræus ex lxxii. uersibus q̃libet sancta signacula digito mõstrabat, Verũ ex uoce tua audiui te ibidé, & cõieci te singula perq̃ diligẽter aduertisse, Ideo ut uerbis tuis utar, si qua scis quæris auditoré ut ex te discat, ita plurimũ delectassis cõmunicatione & liberalitate studiorũ, nec necesse erit orare ac uix tandé exorare auditoré, quia auidꝰ audiam saltem calamum tuũ de pronunciatione & expositione mirifici nominis ex locis supra nominatis, Scripsissem illi Baruchiæ, sed ut scis inhumanus est, & pro consuetudine gentis suæ non ualde amicus, & de genere hominum qui talentum libenter suffodiunt & scientias occultant, Sed & Capnion ex his creditur quia uix afflatu inspirat de uerbo crucis cuius Areopagita in ecclesiastica hierarchia meminit.

Sed tu Ioannes Reuchlin omnia communicabis Vuolfgango tuo, qui in hac canicie sua nil habet pro solatio nisi sacras literas. Ipse arcana uelamenta & secretissima symbola nõ sparget in auram, sed silebit, celabit, tacebit, & uerbum mirificum perq̃ diuiniter colet, Vale fœliciter. Ex monasterio Ror ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, Anno domini M.D.I. in die S. Viti.

Hieronymus de Eudorff doctor & miles Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D.P.

Vt tres Magi stellarum quondam obseruatores, saluatori nostro preciosum obtulerunt thesaurum aurum thus & myrrham. Sic tibi illius apud nos mortales œconomo fideli, primum corũ & optimũ quod mihi est his impositum mitto, Et recte inquam nescio quomodo cum aurum quidem sit pro temperamẽto Iouis, maxime omniũ temperatum, quod non solum ut arbitror uitæ sed & religioni ueritatiq; ipsi quodammodo conuenit. Insuper aureus hic nummus leonis habet imaginem crucis signum ferentis, quo lustrator mundi cõmunisq; dux cœlestium Phœbus sedem tenet, tanq̃ tibi uexillũ hoc committens atq; collocans in manus tuas, q̃ nobis semitam ad deũ aperuisti & plane instruis. Præterea altera ex parte nummus iste diui Petronii senis illius simulacrum habet, q̃ Saturno altissimo planetarum religionis arcanorumq; custodi idoneũ & per consequens tuæ hebraicæ institutioni ad gratiarum actionem forte haud incongruens munusculum fiet. Non q̃ agam sicut debeo, sed ut possum, neq; ut possum, sed ut deus spiritus & mens est tuq; eius ut œconomus, sciamus nil aliud amare nisi mundã mentem, bonaq; pro amplissimis suis donis potius uoluptate q̃ holocaustis esse contentum. Nam pro tuis rudimentis hebraicis quæ nuper impressa reperi ac comparaui, immortales refero gratias semperq; habebo. Ac quãuis corporibus satis longe distemus, tu quidem in Sueuia ego uero in media ferme Bauaria habitantes, tamẽ animus meus penes te esse dudum cœpit, & in tuis sacris laribus conqescere, Vtinã & tuus in mea humili casa aliquando uicissitudinem ageret, cum tibi forsan notus nec sim (alter enim alterum ante nunc decennium duntaxat uidit) nec dignus sancto tuo consortio. Quoniam igitur quum superiore anno ex curia Cæsaris domum me contulerim (licet adhuc cõsiliarius suæ maiestatis & cameræ sollicitator sim immeritus) colẽdo agellũ ut tem

pestiuius sarcinas colligam ante q̃ proficiscar è uita, tum inter ocium literarium ueritatis ardore gratissimis amplector ulnis institutiones tuas, illisq̃ conor operam dare. Sed dulcissime mi pater cum carearn docentis uiuæ uocis oraculo, obsecro ut unum mihi mittas, quem forte instituisti pro cura huiusce rei, Nam illi ei cum uictu dabo per annũ uestimenta & de salario quicquid dictaueris, ut tamen ualeat in equo mecum ambulare, qũquidem sæpicule existo foris, etiam plus dimidio temporis amicorũ temporibus trãsmisso, Et quicquid in meiipsi⁹ atq̃ unius filioli mei institutionẽ fuerit, haud denegare digneris queso, Iam nil amplius ne epistolæ modum excedam, quæ non debet sinistram manum legentis implere, Vale fœliciter, Ex ædibus nostris Mosen prid. Kalen. Februarias. Anno M. D. IX.

Ioannes Stoffler Iustingensis Io. Reuchlin LL. doctori

S. D. P. Figuras cœlestes ortus & conceptionis tuæ, Item anni præsentis & futuri reuolutiones ad te mitto uir spectatissime, Eas quũ iter ad episcopum hodiernum Vuormaciensem habui obtulissem, sed te domi minime offendi, In regressu a Ladenburgo per aliam uiã reuersus sum ad ædes meas, Habes ut spero cœlestes figuras perfectas a me, sũma diligẽtia examinatas, ex quib⁹ facile de pluribus tibi accidẽtib⁹ iudicabis, Vale iterũq̃ uale. Ex Iustingen viii. Id. Maias. Anno 1504.

Ioannes Stoffeler Iustingensis Ioanni Reuchlin Phorcensi

S.D. P. Ex literis tuis accepi instrumentũ uerorũ motuũ solis & lunæ ac passionũ eorundẽ a D præposito in Denkendorph tibi donatũ Gaudeo uehementer, utinã eandem seruaret integritatẽ & splẽdorem quã habuit dum ex officina mea ad eundem abiit, Pro eius regimine nulli mihi sunt canones. Semel enim rite uerificatũ sola motatione aut prouolutione singula iuste patẽt, Constituerã apud me pro his & aliis absoluendis ad te aditurũ, quod in hodiernũ usq̃ diem distuli. Vexor quotidiano morbo sinistri cruris nescio spasmatico an alio, adeo uehementer ut equo insidere penitus abhorreã, Spero tũ rediuiuum tempus uernum uires mihi & sanitatem restituturæ. Characteres planetarum libenter sculpã, sed quo pacto reti tenui sine lesione infigi possint non intelligo, Singula absoluemus uita comite, uiribusq̃ reassumptis In hebræo sermone quo abũde doctus es si sint hæ dictiones bobel & bouel, earundem peto cum præsenti gerulo interpretationẽ. Vale fœliciter, Ex Iustingen octauo die Aprilis, Anno M.D.II.

Ceorgius Similer Io. Reuchlin Phorcensi LL. doctori S. D. P.

Non possum illud probatissimi poetæ præceptor doctissime nõ recordari, quæ te tam læta tulerunt secula, Aenea in gratiã Didonis orãte, qñ nobis infœlicitas temporum (iniuriã uerius dixerim) inuidit eã supellectilem quæ ad ingenii cultũ pertinet, appellamur & interpellamur assiduo propter extirpandã barbariẽ in sacris codicibus ex Amanuẽsium lituris passim interlitã inspersamq;. Verũ eñuero falx deest, Nobis quidem uidet̃ æqui boniq; facile esse cõsulere inter nostros, q̃q̃ (ut est apud Hieronymũ in proœmio super Iob) tãta sit uetustatis cõsuetudo ut etiã cõfessa plærisq; uitia placeãt, dum magis pulchros habere uolunt codices q̃ emendatos. Proficere igitur nobis est animus si codices hebræi extarent, ut genuino & gẽtilicio idiomate uersati dirũ & pestilentẽ quibusdã & fere publicum errorem eximeremus, qui S. spiritus oracula diuinitus ad nos deriuata, pro arbitrio suo corrigere, uel potius inuertere & deprauare conant̃. Tu nobis ansam capulumq; falcis præbe, & uel psalteriolo uti pollicit⁹ es succurre, mox mox ad ædes tuas redituro q̃primum. Scio nanq; pectus tuum recenti adhuc æstu curarum ex ædificatoria sollicitudine quiddam deferuere indignum liberalissimis literis, hebræas significo, quas uirũ undiquefariam rotũdum integrũq; & nulla penitus animi nebula turbatum sibi uendicãt, quæ possunt exclamare. Sãcti estote nos quidem sanctæ sumus, lingua certe breuis sed suci ac sensus plenissima, Quid plura? Misertũ est me Reipublicæ literariæ, quotiens cogito me me esurire codices chartaceos, atq; alii parcissime tractant eboreos. Vale caput & columen literatorum, qui perinde alios superas, restinguit stellas exortus ut aerius sol. Datæ Phorce xii. Kalen. Iulias. Anno M.D.IX.

Beatus Rhenanus Selistatinus Io. Capnioni Phorcensi S.D.P. Iacobus Faber Stapulẽsis uir ex om̃i æuo incõparabilis oĩmq; disciplinarum uberrimus fons, qui philosophiã nimio situ squalẽtem & suo uiduatã splẽdore ita illustrauit, ut Hermolao Barbaro & Argyropylo Byzantio p̃ceptoribus (quod quodã loco adnotasti) olim tuis huic longe plus nitoris attulerit, Ille eñ p̃ter latinitate donatũ paraphrasten Themistiũ & Dioscoridẽ adhuc a quibusdã suppressum parũ quod quidẽ editum sit elucubrauit. Alter totã Aristotelis philosophiã in latinũ è græco uertit, sed nudã nullisq; illustratã commẽtariis, quo legentium mentes obscura eius philosophi sensa facilius intelligant,

hic uero peripateticam doctrinā ita reddidit peruiam, ut neq; Ammonio neq; Simplicio aut Philopono iam sit opus. Is inquam celeberrimus uir cū ego apud Parisios philosophiæ studiorum assecla degerē, mihi opido familiaris fuit, quo factum est ut & in Germaniā reuerso mihi, de rebus suis nonnunq; scripserit, Et quoniam Cusani omnium Germanorum doctissimi opera a se recognita impressioni tradere in animo habet, elapso iam tēpore per literas a me rogauit, ut si quæ superessent eius uiri opuscula præsertim Directoriū speculātis, quod Tritemius in catalogo suo ponit excribi curarem. Dedi iā ego operam apud multos ut aliquid conquirerem, cum Moguntiæ apud Gresemundum, tum Friburgi apud Gregorium Ruschiū Cartusium, q; is uisitatoris officio fungens uarias bibliothecas, eius præcipue regionis ubi Cusa adhuc in humanis agens frequens fuisset, sæpe perlustraret atq; excuteret. Hic aūt præter libellum de deo abscōdito quem pridie excriptum habeo, & sermones nihil se adhuc comperisse affirmat, Percontatus præterea sum a Pelecano Rubeacensi, uidisset ne uspiam tale quippiā, retulit is te multa habere quæ Cusa composuisset, sed paucis ea cōmunicare, quippe quæ apud te essent in magno precio. Significauit mihi hoc idem Ruschius Cartusiēsis. Cœpi itaq; eruditissime uir exinde cogitare, quo pacto mea opera particeps eorūdem libellorum Faber efficeretur, Et primo cum de parandis ad te literis consilium iniissem, & meipsum aspicerem, frustra me cantus esse subuerebar, mox cum Fabrum cui hæc mitti deberent, & cui uix negari possent consyderarem, animus mihi fidēter petendi datus est. Non enim tanto uiro qui te & tua omnia mirū in modum laudat, extollit, magnifacit, te non obsequuturū facile unq; crediderim, Qui de te in quintuplici psalterio (quod ad hebraici & græci exemplaris archetypum ueritatem fidelissime recognitum, & uenustissimis notis informatum, mihi nuperrime muneri misit) ita honorificā mentionē facit, ut liceat eius hic uerba recensere, quom de supersancto regis nostri & seruatoris nomine loquitur, sic inquiētis, Illud idem scripsit Mirandula, & de eodem librum edidit elegantissimus & sine controuersia inter Sueuos doctissimus Ioannes Capnion, cuius paulo ante meminimus, quem quidem libellum ab illo diuino benedicto & mirando nomine De Verbo Mirifico nūcupauit. Hactenus Faber, Quin aliis in locis Reuchlinianorū rudimētorū

(sic enim nominat) sæpe meminit. Vides igitur quanti te faciat Faber, quantaq; honoris præfatione de te loquat. Memini ego ex eius me ore non semel audire, Doctus & reuera is qui se Fumulum appellat. Hæc aût si ut tibi aduler me in medium afferre credis, lõge erras, Non enim ex eorum numero sum qui aliud blacterant, aliud in pectore clausum gestant, sentit animus cum calamo, lingua cũ corde, Moueare itaq; præstantissime uir ad mihi commodãdos libellos, non modo ob Fabri in te beneuolentiam, sed & ob maximam Germaniæ laudem quæ inde Germanis omnibus adcrescet, Excusi sunt iampridem non inficior eiusdem dialogi multi, quos omneis & ego inter meam librariam supellectilem teneo, sed erratorũ immunes non sunt. Quare cum iis recognitis atq; elimatis sermones quos ex pontificia Romæ bibliotheca excriptos habet, & tui dialogi accesserint, erit profecto opus undiquaq; cõsummatissimũ. Verum ut ad id faciundum propensior reddare, dono tibi misi elegantissimum politicorum opus, quod ab hinc triennium Faber Stapulensis ex sua officina emisit. Tritum enim est apud græcos adagium, χεὶρ χεῖρα νίπτει καὶ δάκτυλος δάκτυλον. Da & accipe, mutuũ nanq; muli scabũt, ut est apud epigrammatariũ Burdegalensem. Tu igitur eloquentissime uir morem mihi in hac re geras, quod si egeris erit cur tibi perpetuo deuinctus existã, Si præterea propositiones Cusæ impressas, Symmachi epistolas, aut Egesippi historici christiani libros scriptos apud te habes, patiare obsecro ut me adeãt, & ad aliquot dies mecum hospitentur, redibunt sancte polliceor. Actutum Hermonymus Lacedæmonius non tam doctrina quã patria clarus olim tibi apud Parisios præceptor, & mihi græcæ linguæ tyrocinia exposuit, tui subinde memor. Vale Germaniæ immo totius orbis decus, & Rhenanum tuum inter eos referto qui tibi sunt opido q̃ deditissimi, ex Helueto quod uulgus Sletstat corrupta nomenclatura uocat, decima luce Nouembr. Anno a Christo nato DD. D.IX.

Beatus Rhenanus Selistatinus Ioanni Capnioni Phorcensi Salutem. Quaterniones illos membraceos quos ex Cusæ operibus commodato ad me dedisti eruditissime humanissimeq; uir, ea fide remitto qualem tu poscere uidebaris. Excripsi ego Parisiosq; ad Fabrum nostrum miſi. Tu si quid interim noui reperisti, fac nos quoq; participes, & laconice scribenti ignosce. Nã hoc temporis negociis

oppido q̃ negociosis distrahor, ut mihi ipsi uix satis constem, De itinerario Antonini aliquid ad me scribe ubinam uideris, & Antonini ne sit imperatoris, an ab aliquo eiusdẽ A libellis potius conscriptus, quod probabilius uidetur. Vale eloquentissime uir, & me ama, Ex Argentorato xiiii. Aprilis die, Anno M.D.X.

Rodolfus Agricola Ioanni Reuchlin salutem.

Ἐγραψάσμοι, ὡς τῇ σευτέρᾳ παῖν σοῦ ἐπιστολῶν κατὰ τὸ ῥῆς ῥήρσοῖ ἐθσμεῖον πρότερον ἀποκείνωμαι, ἀκούφν μέν σε, ἐπαγγέλλεσθάμε τῷ ἀρετὴν, ῥ δὲ πρᾶγμά σοι οὐχ ὁρᾶσθαι πῖσθίωγε ταῦτα λέγοντίσοι, ἀλλὰ ἔπερ οὕτως ἔχῃ τὸ ἀληθὲς, λόγφν μὰ δία καὶ κενῶν δὴ ἠκήκοασ ῥημάτων. οὔτε δὴ ἐπαγγέλλομαι τῷ ἀρετὴν, οὔτε δυναίμην ἂν πῶς ῥ, ἢ πόθεν; καίτοι ἠπῦμαι σε τοτων ἢ τοιούτων ζηνῶν ἀκούφθῃ λόγφν. ἀλλὰ ὑπὸ τῶν ταῦτα μὴ ἀντὶ ἐμοῦ γε καὶ ὑπὲρ ἐμὸ λεξάντων πρὸς θῦρ δὲ, ἤτοι ἀφ τῆς δυνοίας τῆσ πρὸς ἐμὲ, ὅτι σω δυλέγῃν μὲ προῃρημῄνων, ἤτοι δφ τῆς τῶν πραγμάτων ἀγνοίας ἐσφαλμῄνων, ἐγωγε πόθι ἐμαυτοῦ οἶδ ὅν οὔτε γενναιότερον οὔτε λαμπρότερον ἂν ἐπαγγέλλεσθαι θελμῶμι. οὐδὲ ὦ θεὸσ βουλοίμην. ἀλλὰ πρὸς ταῦτα ἔτι βέλτερον ἐδωκήθην ἂν. γνωῖ κατὰ τὴν ζαγῴδου γνώμιω, βεβαρβάρῳωμαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις, χρῄζῃ δὴ οἶμαι τἀληθῆ λέγειν. ἄλλωστε καὶ αὔτων τῶν πραγμάτων τὴν ἀληθίαν πόθι αὐτῶν ἐνδεξάντων ἀλλὰ ταῦτα μὴ ἄλισ. καὶ ἄγαν ἔζι κατὰ τὸ δυναρόν μοι ἑλλωισὶ ὡς πρὸς τὰ σὰ ἑλληνικά. τὰ δὲ λοιπὰ τῇ ἢ μετέρατε καὶ γνωειμοτέρα φωνῇ ἐμοίγε ἄμφνον γράφειν.

Postulas à me uir doctissime uti literas ad te dem, idq; prope conuicio a me efflagitas, ego contra, ad dandum cũctatior sum, Sapimus uterq;, tu q̃ quicquid est hoc studiorum meorum, mauis tuo iudicio q̃ alienæ credere prædicationi. Ego q̃ haud temere mihi uideor committere debere, ut iudicium tuum subeam hominis tam multiplicib⁹ disciplinarum literarumq; ornamentis expoliti. Quarum rerum abũde locupletes testes tuæ mihi literæ fuerũt. Gaudeo (ita me deus amet) uicem tuam, & quum animi naturæq; tuæ fœlicitati, tum uero in primis fortunis Germaniæ nostræ gratulor, quam si unq̃, nunc aliquãdo expergefieri oportebit, & ab hac barbarie qua tot iam seculis uelut stupido sopore uel potius λιθάργῳ τινὶ oppressa tenetur excitari. Qd'aũt eruditissime simul prudentissimeq; sententiam tuam de hebraicis literis ad me perscribis, facis tu quidem humanissime, credo etiam uera te dicere, quid faciam tamen? si aliud mihi uidetur, scis enim quot ho-

mines tot sententiæ, ut in rebus humanis persæpe in mentem mihi ue niat dubitare, sit ne uerũ id quod priscis nõnullis uisum est, esse id opti mum in eis quod sit animo cuiusq; gratissimũ, Itaq; mirum in modũ sententia ea græci poetæ, mihi probatur hac in parte, οὔωνεχ' ὑπόρθω ἐσθλάτε καὶ τὰ χέρεια θεῶν ἐν γούνασι κεῖται μοίρης εἰσ ἐν πάντα μεμιγμένα καὶ τὰ μὲν οὔτις δέρκεται ἀθανάτων ἀλλ' ἀπροτίοπτα τέτυκται, ἀχλύϊ θεσπεσίῃ κεκαλυμμένα. τοῖς ὠθῇ χεῖρας οἵῃ μοῖρα τίθησι. καὶ οὐχ' ὁρόωσ' ἀπ' ὀλύμπου ἐς πεῖραν πρήσσι τὰ δ' ἄλλυδις ἄλλα φόρονται, πνοιῇ ὡς ἀνέμοιο. Itaq; adducar ut puté satis iustam causam mihi esse, quare debeãt eæ literæ mihi placere, hoc ipsum q̃ placẽt. Vt tamen scias q̃q̃ non recte non tamen sine ratione me errare, puto uos magnos uiros qui clarum uobis splẽdidumq; ex illustrioribus studiis parastiq; nomẽ, etiam sine his literis facile rationem uitæ uestræ posse reddere. Quæ quidem si desint uobis non magnopere desyderẽt, sin assint uero ma gnæ laudi dentur, accessionem tamen quandam & uelut appendicem clariorum studiorum minores has artes & esse uultis & æstimari. At ego qui mihi sterilem hanc (ut ita dicam) arenam excolendã sumpsi nisi aliquid amplius q̃ uulgus solet coner, quid erit quo à segniciæ no, mine hæc mea studia defendam. Itaq; si minus in uno quouis eorum præstare possum, numero me tuear oportebit. Et hæc causa mihi cõis forte cum multis est, id quod dicam proprie meũ est. Reliquas literas aliis didici, cupiui enim pro uirili mea si qua possem literariæ Reipu. patriæ nostræ prodesse, quod nisi spectassem, erat mihi eadẽ quæ oib⁹ nia & ad res parãdas uberior, & ad nominis claritatem illustrior, & ad hominum cõmendationem gratior. Has aũt mihi discam, statui em senectutis requiẽ (si modo ea me manet) in sacrarum literarum per quisitione collocare, quum itaq; necesse habeam tunc libros eos legis intente pensiculateq; lectitare, uideor mihi eadem opera & literas he braicas discẽdo eos legere, & legẽdis eis hebraice discere posse, simulq; τὴν ἰδιότητα ἐκείνου τοῦ λόγου μυστικοῖς τοῖς γέμουσαν pernoscere, Basilius quoq; noster quem deterruisse te scribis acriter me incitauit, secutus tamen fortasse impetum meum, & calcaria (ut dicitur) currẽti subdens. Quin tu quoq; qui contraria sentis nescio an acerrimis me fa cibus extimules, turpe nanq; fuerit mihi uel nolle id uel nõn posse per cipere in hoc studiorum ocio, quod tu tantis tamq; diuersis districtus studiis discere potuisti, Basilius de quo scribis in patria est, fuit mihi ar

ctissima cum eo familiaritas,nuncius interpellat. Vale, Heidelbergæ quinto Idus nouembres.

Rodolphus Agricola Ioanni Reuchlin Phorcensi salutem

Quum Plinius meus uel noster potius(quid enim debeo non commune utriq; nostrum putare præter inscitiam meam)& eum præsertim quem quãtum mihi longus usus familiaritasq; uitæ cõciliauit, tantum tibi studia præclara uirtutesq; deuinxerunt tuæ.Is ergo quũ ad te proficisceretur,nõ potui sine meis ad te literis eum demittere, non quo certa aliqua aut digna causa esset scribendi,sed ut memorem me tui pspiceres,hoc est ut tm̃ scribere, q̃q̃ hoc ipsum scribere, tibi p̃sertim homini cuiusmodi te censeo αὐτάιτων ἑαυτῷ ὄτι καὶ αὐταρκὴ ἔχει τὴν πρόφασιν ἀεὶ. Audio duxisse te uxorem,quod ut fœlix faustumq; tibi sit,eueniatq; uotis omnibus precor,laudoq; sententiã tuam & uehementer(ita me deus amet)probo.Ipse quoq; in priori ætate id facturum m̃e destinaueram,sed postea q̃ iam incepi diligẽtius me ipse introspicere,auersus sum ab eo consilio,non incommodis rei uxoriæ quæ multi κακότεχνοι multis uerbis prosequuti sunt, sed deterruit me potius genus uitæ meæ & animus leuissimis etiam curis impar, καὶ φιλόσυχόν τι τῆς φύσεώς μου ἤγε μᾶλλον ἀπραγμοσύνη καὶ ὡς ἀληθέσαν ἐιπεῖν ἐαθεῖα ἢ ἡς ῥαθυμία παντὸς ἐοῦ βίου.Quid enim necesse est mihi uitia mea speciosis circundare nominibus,itaq; fortem te fœlicẽq; hoc ipso instituto tuo iudico, tamen ut pro hac ipsa fortitudine tua in reliquum par tibi respondeat fœlicitas,id quantũ quicquam mihi tãtum tibi doctissime humanissime opto atq; semper optabo.Implerem chartam sed nũcius interpellat.Vale,Datum pridie Non. Februarias Heidelbergæ.

Ioannes Camerarius Dalburgius episcopus Vuormaciensis
Ioanni Reuchlin Phorcensi LL.doctori S. D.P.

Inter multa & præclara tua in nos gentemq; & familiam nostram officia atq; benemerita,iucũdissimum illud iudicamus,quo nos proximis diebus honorasti,totusq; nos omnes tibi perpetuo obligasti, recte enim poterimus ad te hos uersus referre,quibus cum nuper homini cuidam amicissimo gratias egimus inter alia dicentes,Gratius est gemmis fuluo quoq; gratius auro.Gratius auriferi non tulit unda Tagi, Nempe cum alias tuas trãslationes quas uel nostro uel fratris amore absoluisti,è græco in Germanicam uel latinam linguam uer

g VI b

tens libellos uehementer probaremus, tum has tuas lucubrationes maxime sumus admirati, Alemannica uidelicet in lingua tam apte, tam lucide, tam suauiter & in ligata, & ita ad certum numerum perstricta oratione, ea nihilo in sententiis immutato potuisse explicare, tantoq; id mirabilius uisum est q̃ te illo genere carminis quod octonis septenisq; pedibus uicissim procedit concinnat similiterq; cadit desinitq; q̃ aptissime nunq̃ te antea usũ esse aiebas. O bona fertilis feracissimaq; deplantata arbos, quæ primos fructus tam delicatos maturos, sapidos, flagrantissimos, & quod omniũ pulcherrimum est immarcessibiles perpetuoq; durãtes tam suauiter nobis decerpendos obtulerit. O fœcũda insitio, quæ si recte excoletur, inæstimabiles fructus suauissimosq; fœtus est prolatura. Quid pluribus? frequentes illæ molestiæ & occupationes prohibent, qua ex excusatione erga te tanto possum liberius uti quanto te similiori palo alligatum esse sciamus, Distinuimus aliquot diebus nũcium & tabellarium tuum, & ad fratrem cum opere tuo transmisimus. Sperabamus interea commode & pleniore ocio de multis rebus potuisse ad te scribere, sed longe nos fefellit opinio. Nanq; rediens heri occupatissimos nos q̃ ullo alio tempore offendit, ita nobis cogitationes molestias & labores attulerũt literæ regiæ, quibus principem rogat hortatur ut q̃ primũ nos Augustam Vindelicorũ transmittat, de nõ nullis rebus agendum est illic inter principes nostros & Ligam uestram, hæc res cum absente principe in deliberationem magnam uenit nos deuocauit, Sit satis tibi mi obseruandissime doctissimeq; Ioannes gratissimum utriq; munus tuum fuisse, existimabis recte operam nos daturos ut tibi gratias referre possimus, Tu inter familiam nostram numeraberis, obseruaberis, tuum erit quicquid nostrum est Speramus eam tempestatem de qua nos admones, & quã cœlo impendere etiam ipsi cernimus, maiore trãquillitate q̃ suspicemur abituram, deosq; propicios fore, Domino tuo conseruatori autoriq; pacis & optimo principi (ita semper in animo nostro habitus est) multos adhuc uitæ dies longioraq; tempora superuiuendi bene sperantes optamus, neq; eam perniciem Reip. quæ mors sua minat' esse passuros deum sanctosq; cælites. Qd' si res sinistris fatis agitabũtur, tales nos fratremq; nostrum offendes, quales nos nominasti, hoc est asylum futurarum calamitatum, nihil in rebus fortunisq; nostris futur-

est quod non tuum esse arbitrari debebis, Sic uale, quousq; plus tempo ris chartæq; suppeditauerit, ĩterum uale, xii. Decembris, M.cccc.xci.

Ioannes Camerarius Dalburgius episcopus Vuormaciensis charissimo p̃ceptori suo Io. Reuchlin S.D.P.

Qd' Vuormaciæ es in hac impura tesp̃estate duplici ex causa gau deo, altera q̃ propinquior sis, ut amplior mihi spes uisendi tui relin quatur, Altera q̃ quanta mecum actum sit iniuria, temeritate & inso lentia rectius possis intelligere. Scito & me prius q̃ de tuo aduentu cer tior essem factus, destinasse animo, & omnino constituisse abs te pro nostra amicitia & mutua beneuolentia exigere uelle, ut q̃ citissime ad nos conuolares, amicissimi & constantissimi hominis officium osten surus. Cum igitur tibi commodior & recta sit nata occasio, te per no strum amorem, per sacras ipsas literas & musas oro, requiro, admoneo ut ad nos ue nias, multa enim tecum pro salute reipublicæ & nostra tranquillitate sum communicaturus, Tu uale, & amicum te ostẽdito, Sum Laudẽburgii aduentum tuum ardentissime expectans, Dat. pro pere & tumultuarie mi suauissime Reuchlin. v. Octobris.

Iacobus Aurelius de Questemberg decretorum doctor & Breuium apostolicorum scriba, Ioanni Reuch lin illustris comitis Vuirtembergensis ora tori & consiliario.

Magnifice uir & doctor excellentissime salue, Hodie mane paulo post horam undecimam cum tui uisendi gratia diuersorium uestrum peterem, nunciatum est mihi è media uia te sine literis meis quas fa mulo meo ad te dederam ante lucem hinc abiisse, quod ut postea cõ peri, moleste quidem ut debui ferebam, quippe qui fructu iocundissi mæ consuetudinis tuæ tam subita discessione priuatus essem. Cupiebã equidẽ nõnulla adhuc tecum cõferre, & pro tuis in me officiis quom re non possem, uerbis saltem qualibuscunq; gratias agere, quanquam non plane intelligebam qua dicẽdi copia, quibus uerbis affectum ani mi erga te mei declarare potuissem, cum consydero uim & bonitatis tuæ & amoris quam in mirifica illa de me prædicatione pulcherrime declarasti, quum hesterno uesperi τὸ προοίμιον ἀφροδίστως ἐς τοὺς ἐλέγχους σοφιστικοὺς τοῦ ἀριστοτέλους, nõ sine admiratione, immo cũ summa uoluptate uidisses, ἡ γὰρ ἔρωτι πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφαντω, Præterea τῆς καλοκαγαθίας ἔργον ἔστιν οἷος ἂν

ὁ εὔανδρος γένοιτο, ῥιούσθε ἑαυτοῦ εἶναι ἂν εὔξαιτο. Tibi igitur pro sapientis more premium sit uirtus tua, ubi mea nõ respõderit, Itaq; meum perpetuum studium & mutuam beneuolentiam ob memoriam tuæ optimæ de me spei quoad uixero nunquam defuturam tibi polliceor, conaborq; modo uotis aspiret deus ne tuæ apud reuerendissimũ dominum communem episcopum Vuormaciensem futuræ cõmendationis eiusq; in me beneficiorum pigeat, Vale igitur, & me si mereor illius gratiæ commenda. Romæ ex ædibus reuerendissimi D. Cardinalis S. Marci, Kalen. Augusti. M.CCCC.XC.

Iacobus Questemberg Ioanni Reuchlin Phorcensi oratori Palatino salutem.

Cum in tanta hominum multitudine aut ut uerius dicam omniũ prope gentium colluuione ne unum quidem pro præsenti necessitate idoneum scriptorem inuenerim, neq; uero alium quempiam Bertoldo nostro adhuc febricitante ad manum domi habuerim, qui orationem tuam elegantiore litera exararet, id quod tu hesterno die per epistolam tantopere efflagitasti, ipse pro uetere amicitia nostra & antiqua morem tibi gerendi consuetudine, laborem obeũdum esse mihi putaui, ne uel opera atq; sedulitas mea semper alioquin officiosa tibi saltem in re necessaria defuisse uideri posset. Itaq; orationem tuã ad te mitto, quæ propter ipsius summam elegantiam dignitatemq; uerborum & grauitatem sententiarum, digna uisa est, non mea tantum manu describi ὅσος τὰ ῥιαῦτα τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ ἠψάμην, sed omnino ubiq; terrarum legi, adeo tu quidem omnia, ita me deus amet diserte, prudenter, apposite explicasti, Ego tamen ut soleo propere transcripsi, & ἰδιογέγραφα. Vtinam sit in hac difficilima temporũ difficultate quod & tu cœlesti præditus eloquentia mereris, & nos amici laudum tuarum precones uidere cupimus, Vale doctissime uir, principis tui ornator, de Bauariæ domo ac toto imperio Romano benemerite præcipuum communi patriæ decus, Romæ Anno M.II.D.

Aldus Manutius Romanus Ioanni Reuchlin Phorcensi S.

Amari me abs te plurimũ mi Ioannes iampridẽ noui, non meo in te ullo officio sed humanitate tua, quare nisi te bñuolẽtiãq; tuã plurimi faciã, sim plane ingratus, sed & facio plurimi & redamo magnopere, Ex libris aũt quos petis mitto Iuliũ Pollucẽ. Stephanũ de urbib⁹, Thu

cydidē, Etymologicon magnū, Prudētium christianū poetā cū quo & græca quædam impressa sunt. Sedulium item cum Iuuēco & Aratore, cum quibus & Homerō centra imprimenda curaui. Suidas non erat apud me & nuncius tuus dicebat non esse sibi plus pecuniæ, sed rediturum se breui Venetias & facturum quod iusseris, Præterea impressi sunt ex græcis hi, post opera Aristotelis quæ a nobis quoq; habes, Aristophanis comœdiæ nouem cum commentariis, Epistolæ græcæ sex & triginta autorum, Dioscorides, Aratus cum Theonis commentariis, una cū Iulio Firmico, Simplicius in prædicamenta Aristotelis, Ammonius in quinq; uoces, Gregorii Nazianzeni circiter octo millia carminum, Nonnus carmine heroico in euāgeliū secundum Ioannem. Apollonius poeta cum commentariis, Imprimūtur & quasi absoluta sunt Sophoclis tragœdiæ septem cum commentariis, Item Herodotus, De hebraicis non est impressum quicq̄. Quod tu cōponis placet, perge ut detur studiosis. Impressi sunt præterea latine literis paruis Virgilius, Horatius, Iuuenalis. Persius, Martialis, Lucanus, Catullus. Tibullus, Propertius, Epistolæ familiares M. Tullii. Imprimuntur iisdem characteribus Ouidii opera, Statius, Valerius Maximus, si ex his aliquis placuerit scribe. Interea uale, meq; ut facis ama, Venetiis xviii. Augusti. Anno M. D. II.

Aldus Romanus Ioanni Reuchlin salutem.

Delectari te plurimum literis & laboribus nostris Capnion mi suauissime quantum ipse delecter non facile scripserim, tum quia principibus placuisse uiris non infima laus est, tum etiam quia laus ista quoniā a te laudato uiro proficiscitur facit ut me esse aliquē putem Sed deū Opt. M. oro ut diu alter alterius studio delectari possimus, in dies magis, quod nō dubito futurum si q̄diu prodesse hominibus possit uita nostra uterq; uixerimus, Libros omneis quos uolebas cui iussisti dedimus, præter Nonnum & Gregoriū, nondum em exire in publicū possūt. Quod uero minoris istic nostros emere libros queas, miror, Certum est enim non minoris eo uendi illos Venetiis quanti constiterūt tibi, immo potius pluris. Sed puto esse causam, quoniam mercator iste cum accipiat a societate nostra Venetiis q̄ plurimos simul libros, & minoris q̄ uenduntur singuli, ut quemadmodū æquū est & ipse lucrari possit aliquid, nec tamen soluat (damus enim illi ad tempus) gratis eos fortasse habuisse putat. Vale Venetiis xxiiii. Decembris. M. D. II.

Bilibaldus Pyrkaimar Ioanni Reuchlin salutem.

Possem merito negligentiæ argui uir clarissime, si anteq̃ amicitia mihi iunctus eras, te ob uirtutes doctrinamq; egregiam non solũ admiratus sim uerum etiam dilexerim, uehementerq; amauerim, nũc uero cum arctiore uinculo mihi astrictus sis, tui penitus oblitus uidear. Vt igitur amicitiæ nostræ officioq; meo pariter satisfaciam, præsentibus literis earũq; latore homine mihi sanguinis necessitate coniuncto nec literarum expertione saluto, admodumq; ualere cupio. Audio enim te nonnihil animo ob nescio quas aduersitates perturbatum esse. Sed cum sis uir cunctis uirtutibus omniumq; disciplinarum genere non solum excellens, uerum extra fortunæ quoq; aleam positus, nemo crede mihi Thersites seu Zoilus tuam candidam denigrare famam ac dignitatem poterit. Fac igitur ut nõ solum animo forti quemadmodum tuam decet prudẽtiam obtrectationes inimicorumq; calumnias feras, sed & magnanimiter contemnas. Memẽtoq; solummodo uitia inuidentiæ esse expertia, uirtutes uero semper fuisse & esse inuidiæ sycophantiis ac emulationibus obnoxias. Nosti eũ ὅτι τοῖς ἡλίου τρεφομένοις ἕπεται κατὰ ἀναγκαῖον σκία, οἱ δὲ δι' τῆς δόξης βαδίζουσι ἀκολουθεῖ φθόνος. Vale & si tantilli tibi superest ocii quemadmodum habeas rescribe. Ex Nuremberga Kalendis octobribus. M. D. XI.

Bilibaldus Pyrkaimar Ioanni Reuchlin S.

Scripsi uir clarissime æstate elapsa cum hinc Treuerim abiturus essem, simulq; tibi ostendi Demosthenis orationes una cum cõmentariis ex Venetiis allatas esse. Inde cum reuersus essem a meis intellexi, libros illos ad te fuisse transmissos, utrum uero illos receperis nec ne haud dum compertum habeo, Bene itaq; feceris si hac de re me certiorem reddas. Scripsissem cõfestim post reditum meum, sed uix limini pedem intuleram, tum iterum abire coactus fui, nũcq; demũ post multos reuersus sum labores. Sed quæ scribẽda erant breuibus accipe. Prohibuere olim Ephesii nomen scelerati illius hominis qui Dianæ templum succenderat literarum monumentis inseri, scilicet ne ex facinore illo nefasto perpetuam memoriam assequutus esse uideretur, Tu uero hominem tibi inimicissimũ, & qui aliter doctis præcipue ignotus fuisset libris tuis celebras. Vidi enim nuper libellos tuos a te emissos, in quibus semiiudæi illius mẽtionem facis, hominis,

cuius memoria de terra uiuẽtium delenda esset. Sed scio respondes, te non laudibus sed meritis conuiciis illum prosequutum esse, & recte quidem, At non uides id quod antea dixeram, illum hoc pacto famam seu magis infamiam assequutum esse, & quod propriis uirtutibus sibi denegatum uiderat, id inimici opera quæsiuisse, scilicet ut doctorum uolaret per ora uirorũ, nollem itaq; dehinc opuscula tua tali piaculo fœdares, præcipue cum nil ad monstrum illud attinerent. Hæc ut amicus qui te ob uirtutes tuas innumeras suspicit & uehementer amat scribo. Tu uero quid faciendum sit mature consyderabis. Reperi Treueri antiquitates uarias tã græcas q̃ latinas. Ex quibus græca ista mitto, missurus & latina si tibi id placere intellexero, tuum itaq; erit rescribere. Vale & quæcunq; præstare potero a me fidenter exige. Ex Nuremberga kalen. decembris. Anno M.D.XII.

Nicolaus Gerbelius Phorcensis Ioanni Reuchlin S.

Non parũ animi angor expectatione illa longiuscula, immo quæ mihi lõgissima est præceptor & pater suauissime, qua te interea tẽporis cum a me discessisti cupide atq; inhianter expecto, indiesq; magis ac magis emaceror, quo cõstitutũ tempus spe diutius prorogat. Non nihil enim mali suspicor quin uitam tuã (quæ mihi mea salute charior est) nescio quis malis flatibus urgeri doléter pertimescã. Sũt mihi apud hospitem tuum hic quotidiani nũcii & exploratores, qui me hoc unico solantur prope diem te aduolaturũ, dii tibi dent alas, Mercurius talaria, Neptunus equum, ut ad nos aduoles celeriuscule, quo tuo affatu aspectuq; dulcissimo dulciter nos exhilarari contingat, quoties mecum memoria repeto (repeto aũt sæpiuscule) quoties inquam in animũ reuoco disputationem illam præclarissimam, qua de philosophia Platonica grauiter & sapientissime dissertabas, non possum nõ in pueriles lachrymas effluere. Si tua illa me diuina atq; sancta eruditione uti non liceat, si me tuo præscripto placidissimo meliorem doctioremq; fieri negatum est, quo se usos olim etiã literatissimi homines reuerenter suis monumẽtis literariis attestãt, quin potius deseram patriamq; domumq; paternã, & te dicẽtem copiose, disputantem acriter, prudenterq; docentem comitemur quorsumcunq; uelis. Nimirũ amatissime pater tam gratus est mihi tuus frugalissimus ille sermo, tamq; accepta doctrina tua, ut nihil pro ac quirenda ista graue mihi, nihil molestum durum ue uideri possit. Fa

ciat deus te mihi talem præceptorem fore qualem me tibi perpetuo glutine connexuq; consecraui. En expecto quēcunq; me habere vis, eū ipsum me efforma, Vis græcis studeam, studebo græcis, si Platonicum me esse uelis, Platonem uoluam, reuoluam, uolutabo, Sin Liuianum, Liuiū perlegam. Omnia sub nutu stentq; cadantq; tuo, Vale fœliciter

Nicolaus Gerbelius Phorcensis Io. Reuchlin salutem

Misimus ad te nuncium quendam diebus superioribus ante q̄ patria discederē, qui literas tuas ad nos deferret. Vex quia domi nō eras, frustratus sum & mea spe & ingenti beneficio quod apud amicos tuos fuissem consecutus, Nihilominus tamen doctorem Cuspinianum accessi, eumq; salutaui nomine tuo diligentissime, Cumq; genitor meus qui mecum Viennam petiit patriam esset repetiturus suam, rursus Cuspinianum tuū salutaui, petii literas ad te iure ueteris amicitiæ daret, Respondit se non posse nunc tuæ humanitati respōdere, quoniā libri eius angulatim essent dispersi. propter incendium horrendū & formidabile quod & passi sumus atq; maius futurū pertimuimus, addidit tū ut ego te salutarem scriberemq;, post q̄ literas tuas reciperet scripturū se quoq; diligentissime. Volui uiro huic eruditissimo humanissimoq; morem gerere, atq; tibi præcipue, cui me atq; mea omnia ingenue offero. Vale fœlicissime atq; rescribe, ne me pigrum extitisse credat ea in re noster Cuspinianus, Viēnæ post ferias Pētecostes, Anno M.D.xii.

Ioannes Cuspinianus Chœroporeus Ioanni Reuchlin salutem.

Eruditionem tuam atq; doctrinā doctissime Capnion iam in omī dudum Europa decantatam ita amplector atq; exosculor, ut non possim non commisereri iam incipienti tuæ senectuti, quæ frustra a sciolis tentatur, sed tu fac uirum te exhibeas, & μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν τῶν μωρῶν facias nihili, Forte Climactericus tuus cum nullum possit aut corporis aut fortunæ dispendium tibi afferre, famæ conatur iacturam adducere. Sed te quoq; finge deum, Habes græcas, habes latinas consolationes multiformes, si te iam hebræorum piget, animum non deiicias. Sed tu forte mihi noctua Athenas, dices, quod facile quidem fero. Nam ita sum totus immersus. Coss. Romanis, quos a primis Iunio & Bruto ad Theodorici usq; tempora deduxi ex Cassiodōro (Nā imperatores omneis & Romanos & græcos & Germanos & Thurcos iā dudum adornatos mea lucubratione exaraui) ut sim noctua hebetior

Tu uero pro amore meo immo nostræ Germaniæ id operæ Cuspini ano præstes,audio in Rheno siue sit Spiræ seu Vuormaciæ adhuc exta re integrum Ammiani Marcellini opus,qui sub Iuliano uixit,Id diligenter inquiras, ut me certiorem reddas,pro quo uicissim a me quicquid possum exigas,Vale raptim & cursim,Ex Vienna Pannoniæ sexta Aprilis, M. D. XII.

Ioachimus Vadianus Ioanni Reuchlin salutem.

Attulit nuper nobis Apologiam a te scriptam doctor omnium doctissime Simon Lazius, eruditorum omnium assertor singularis,nostri uero pro sua humanitate studiosissimus,Qua dii boni q̃ docte q̃ artificiose maleuolentissimum animũ cuiusdam iudæi male baptizati, refutantem te ac eliminantem comicõs ferẽ quasi in præsentia differentem aspexi,ubi defensionis limites mihi multa lecturorũ fruge prætergressus uideris.Poteras siquidem integerrimæ apud omnes famæ summæq; ob bene de Germanis meritã eruditionẽ existimationis philosophus insontissimam opinionem tuã uel paucioribus propugnare, contra hominem præsertim in religione nostra nouum & suspectum, resq; nouas nequiter molientẽ,ni in animo tibi fuisset aliis quoq; uberiore disputatione ueritatis ansam corripiendã indicare, quidq; potissimum ea in re phas & iura sinant aperire,Reddidisti me fateor nõ tã certiorem q̃ doctiorẽ,eóq; certitudinis prouolauit animus,ut in sententiæ tuæ robur manibus pedibusq; contẽderim.Atq; utinã eæ mihi uires essent,illa animi efficacia,uti tuis quæ sunt copiosissime traducta,possem uel aliqua parte subscribere,animiq; mei erga te tuãq; integritatem ardorem,præter sermonum perpetua preconia characteribus effigiare,quod quia mihi iam negatum est,Vtinam Capnion tuæ causæ iudicialem archetypũ haberem,cui more Notariorum instrumenta probantium uel hoc solo subsignarem,Et ego Vadianus literarum in Gymnasio Vienensi adstipulator Capnionis causam probo, effero & uictricem iudico manu propria. Sed & hoc ipso forsan non eges,cum ueritas tibi subscripserit dudum,qua in omni lite uisa,cessat dissensio.Interea mi doctissime Capnion cum sis philosophus & Iouis per secretissima mysteria inter Germanos interpres, attice, latine & hebraice gnarus, patere te iniuriis peti,contumeliis inuadi,famæ inuidia sollicitari,quo in eorum albo ex omni parte numereris,qui sunt citra omnem ingenii aleam habiti suorum temporũ doctissimi, qui

& ipsi morsibus detractoriis petiti sæpius, nunq̃ uicti, & cũ libros etiã conscripserint Zoili, nil præter infame nomen eorum posteritas habet, Illorum iugi gloria ad nos usq; demanante, qua mirandi ueniunt posteris & posterorum posteris. Ciceromastix (ut alios sileam) infamiam sibi, at Ciceroni decus ex iniquitate struxit. Capniomastix ex iudæo christianus, ex infami per religionem famã nactus, Capnioni nostro decori erit, sibi ipsi aũt infamiæ, qui libellis famosis tantopere furat, & deinceps immo non furere sed furari famam optimoꝝ conetur. Sunt hæc tibi laudi Capnion, ꝙ de religione cum eo dissentias, cui⁹ stirps uniuersa christianæ incolumitati fuerit inimicissima, ꝙ libros eos eripueris Vulcano, quorum eruditio partim celebris est paucisq; cognita, partim perfidiæ falsitatis & mendacii Iudæorum sempiternum testimonium, quod flammis q̃ rationibus magis extirpari minus est sapiẽtis, minusq; fidei nostræ certitudini ac stabilitati confidentis, Verum de his forsan tecum alias. Nunc te libet implorare Patrone literarum supreme, uti me in tuorum albo signatũ amare uelis, & in eiusdem testimonium rescribere, ut uel manus tuæ habeam quod uenerer monumentum. Scribam ego posthac ad te & sæpe & libenter. Vale, Viennæ Pannoniæ Non. April. Anno M.D.XII.

Simon Lazius Capnioni salutem.

Literas tuas uir humanissime & Apologiam optimo uiro Thomæ Resch collegæ theologiæ baccalaurio oratori ac poetæ laureato nomine tuo obtuli, qui osculabundus literas & Apologiã cum maximo animi gaudio suscepit, quippe cui (ut coram dicebat) ad id temporis gratius accidere potuisset nihil. Et id eo libentius, ꝙ is uir perhumanus cum nostri nobilissimi gymnasii gubernacula tunc habebat (Quando enim Viennam appuleram gymnasiarcha electus fuerat) tum tui nominis studiosissimus erat. Multa de te (nomẽ enim tuum apud nos notissimum est) studio tuo, omnibusq; rebus humaniter me interrogabat. Diligẽtissime uir ille Apologiam tuã legit, quæ postea rus ibat ad Stiborium nostrum, qui eam ex intimo pectore legit ac perlegit. Quæ ubi domuitionem capesserat, Cuspiniani fores appulsabat, qui stomachabundus mihi succensuit quia ad se literarum nihil abs te afferrem, at excusationem non rancidã pro tempore afferebam, literas tuas probe affuturas significans. Quare tuũ erit quod uerbis ꝓmiserim opere perficias. Lecta aũt a Cuspinia

no nostro Apologia, salutabat Vadianum, & reliquos meos, Exẽplar quoddam illius perniciosissimi hominis aduersarii tui Capniomastigis Coloniensis apud quendam mercatorem Sueuum inueni, qui etiã plurimum ueneni ex libello illo famoso in te nomenq; tuum suxerat, cui & nomen tuum odiosum & detestabile erat, Ego statim huic uenenoso morbillo mederi satagens, præsentissimum pharmacum attuli, utpote Apologiam tuam, quam legeret petii, Quæ lecta fortiter om̃e uenenum latẽter intra pectus irreptum præsentissimo antidoto expulit, Exemplar accommodato acceptum ut legerent omnibus meis obtuli, his quid cum literis & Apologia tua egerim liquido intelligis, Cuspinianus & Vadianus hic ad te scribũt, qui ut rescribas plurimum rogitãt, Scripsisset & Thomas noster, ni subita & insperata tabellarii abitio nos fefellerit, at proximus tabellarius literis uacuus ad te non ibit, Vale sanus in dulces annos, Viennæ Nonis aprilibus, Anno M.D.XII.

Ioannes Reuchlin Cuspiniano
suo salutem

Cuspiniane doctissimorum ornatissime, iam es enim tam breui apud me optimi cuiusq; locum amici consequutus, ut mihi uidear exordiẽdo nulla egere præfatione alia q̃ te ut hoc alloquar quo licuit Homerico Agamemnoni prudentem illum Nestorem, Opto tui similes mihi cõsultos fore denos, Nam recte tu, qui me admones, stultorum elationem & inuidentiam nihili facere, Et in sententiam ego tuam istis eo meis pedibus, & nullius consilium anteponam tuo, Cauendum maxime tamẽ fuit non modo iniuriam iniuria ne repellerem, dignus ab indigno illatam, Verum etiam ne infamiæ suspicionem ullã admitterem, quod utrunq; curaui diligenter, tantummodo innocentiam tutatus meam. Quare omni humanitate præstans Cuspiniane, perbenigniter uelim sic iudices affectionem istam erga me tuã, ꝙ τιμωρουμένως senectam sis meam commiseratus, ut ueræ amicitiæ testimonium uehementer a me probari, Est id quidem hominis præcipuum bonum, ut abhorreat ab iniuria, quam ego bestias quandoq; uidi odisse, Fitq; merito ut eius beneuolẽtiæ causa gratiam tibi habeam non intermo

rituram, Tametsi commiseratione non erat opus, quæ miseris debetur, nõ autem beatis, Ego uero me beatum existimaui, etiam oraculo ueritatis, q̃ malum de me dixerunt mentiẽtes, Nam multa generose ferendum est bono uiro, qui se mauult uixisse q̃ spirasse, Vnde quod mihi malum scribis Climactericum esse minatum, id ego in partem fœlicitatis repono, nec illum famæ iacturam uolo, sed gloriæ perpetuitatẽ præsagire. Quando enim incẽdiariorũ contra me famosa machinatio cœpit, scire licet. Anno ætatis meæ quinquagesimo quinto tunc præsto aderat Climacterici a natali meo qui fuit Christi. M. cccc. Lv. in annum M.D.X. reuolutio eiusmodi, cuius figurã quia philosophum te perfectum & non triuialẽ agnosco hic tibi ascripsi. Vbi cõspicies Saturnũ septem fortitudines. Martem octo habere. Sed Iouem qui Zedek hebraice nominatur id est iustus, minorem iis esse, ac ternis solum uiribus pollere. Audi nunc Hierophantas & præsagiorum uates. Bonatus de reuolutionibus cum Saturnus ait in tertia domo fuerit inuentus, significat rixas & discordias uenturas plus solito. Firmicus ita, Mars in quarto loco faciet eos sine gratia præstare quod dederint. Nam quicunq; aliquid ab ipsis fuerit consequutus, ingratus illis semper existit. Deinde si Mars fuerit in Scorpione, quicunq; eum sic habuerint, homines erunt, qui omnibus facile inimicis suis dominentur, erunt quoq; alti nominis optimæq; famæ, Quod hic Cuspiniane cernis, cum ante cætera Mars gaudeat scorpione. De Ioue autem Bonatus, q̃ si in quinto habitet, fient res honestæ, quæ merentur laudem, Et Firmicus quoq;. Iupiter in quinto magna fœlicitatum agmenta decernit. Habes ex adytis responsa, quibus arbitror in nostra causa, cum uideas figuram cœli, nihil esse uerius, Adde post naturæ motus, etiam morum conditionem & uirtutum, quantuluscunq; sim (Iam enim familiariter tecum loquor) iungeq; innocentiam meam, sic facile iudicabis, uiro bono nihil mali accidere posse, neq; uiuenti neq; defuncto, Ita Socrates qui nec Aristophanis illusione, nec Anyti proditione, nec Meliti accusatione, nec iudicum peremptione, postremo nec inuidorum omnium conflata calumnia absorptus, sed multo magis sua morte immortalis factus est, sic ait ἀποκτεῖναι μὲ δύνανται βλάψαι δὲ οὐ δύνανται Nã te græca q̃q; legere & intelligere sentio, ut ex tuis amœnissimis lĩis accepi

Viuit igitur inæthernum Socrates,& triumphat cũ gloria,quãdo ad uersariorum suorum memoria uel extincta est funditus, uel scintillat in cinere cum ignominia.Quare ut nõ sinerem te in tuis propter me molestiis diutius torqueri istis meis(ut multi quanquã non recte putant)incommodis,exposui tibi quid sentirem de inuidorum iniquo in me studio,& execrabili aduersus famam meam consilio in perniciem ueritatis inito,quo improbitatem suam posteris inciderunt Buxo perpetue memorandam.Non enim ea detractorum immanitas & tãti sceleris sui crudelitas me qui probabiliter uera scripsi & honesta consului sed seipsos tandem lædent qui male peruerterũt. Ego uero beatus futurus sum quem persequuti sunt propter iusticiã, sine qua nihil potest esse laudabile,Quid autem potuit sanctius a me fieri? quando statui ad fidem nostram Iudæos non tyrannide ulla rapere,sed ut iura uolunt benigniore concordia ducere, quæ quidẽ cõcordia ut ait Cicero esse non potest cum aliis adimunt aliis condonãtur pecuniæ,Deinde æquitas tollitur omnis,si habere suum cuiq; non licet.Sed hæc Rhetorum declamationibus committam. Nũc de Ammiano Marcellino id tibi persuadeas uelim,in omnibus meis studiosum fore quæ interesse tua aut etiam te uelle existimẽ ubi adsit facultas,Sed ad neminem autoris eius uolumina diuertisse noui,nisi ad Vãgionum episcopum,in præsenti tempore librorum hospitem certe supra q̃ dici queat tenacem,At illic ponderis nihil habebit intercessio mea,q̃uis olim eius bibliothecæ rector fuerim,Scriptum est enim.Surrexit interea rex nouus super ægyptum qui ignorabat Ioseph.Lazium meum uel etiam tuum aut si mauelis utriusq; nostrum tibi unice commendo,quem sua & uirtus & probitas commendare non cessat,ego etsi taceam.Deinde tu me sodalitati tuæ literariæ istic summa beneuolentia coniungas opto,& fœliciter uales,Anno M. D. XII.

Mutianus Rufus doctor Ioanni Reuchlin salutem

Emi Rabanum tuum Germanorum eruditissime, tuum iure dixi, quem & urbs tua patria quasi ab inferis reuocauit,& tu bene tornato ac mire graui sanctoq; poemate illustrasti,Videbatur mihi pater ille postliminio renunciasse,ita consenuit,ita nusq̃ de eo mentio habebatur,credo facies operis a transcribendo librarios deterruit.Sed nunc tuorum municipum industria reuiuiscenti gratulant omnes,

inuitati opinor testimonio uel potius iudicio tuo. Quis enim Ioãni Reuchlin preconia laudum celebranti non acquiescere? Nam persuademus nobis apposuisse te prius q̃ imprimeretur miniatas cerulas & calculum seu notas doctissimæ manus tuæ. Sæpe uolebam auspicari tecum amicitiam, testis germanus meus principis Hassiæ cãcellarius, Testis Trittemius, testis Nicoleos Hirsaugiensis monachus. Semper mihi defuit occasio. Doctrinam enim tuã singularem & generosam facundiam & infatigabile studiũ amplector, admiror, prædico. Breui fore spero, ut quod Picus pollicebatur, tu examussim perficias, tantũ ab humanitate tua peto ut Mutianum tui nominis atq; honoris studiosum in album amicorum recipias. Et si uacat, indica mihi nomina librorum quos hactenus inuulgaueris. Bene ualeas, decus omnis literaturæ ac sapientiæ. Ex Gotha Thuringorum ad Kal. octobres, M. D. III.

Georgius Spalatinus Ioanni Reuchlin salutem.

Aegre fuit animo meo Capnion eruditissime iam anno & amplius nõ potuisse literis tuis & humanissimis & literatissimis respõdere. Quibus ex autoritate ueteris & reconditioris historiæ scribis, Phrygas nostris Saxonibus generis esse proauores. Et simul diuum Fridericum ducem Saxoniæ principem nostrũ immo Romani imperii electorem O. M. grauiter & uere laudas. Mirum, qua religione deum omnipotentem & suos suspiciat, qua charitate bonos amplectatur, qua munificeotia Mutianũ & me & eruditissimũ quenq; prosequat, qua deniq; fide iusticia integritate uigilantia tot gentibus imperet. Diceres uel Ptolemæũ uel Cæsarem Iuliũ, uel Carolum alterum, si audires quantis sumptibus academiam Vittembergi architectatus, quanta excolat diligentia liberalitate industria. Quantis muneribus illuc eruditos professores contrahat, quot sacerdotiis amplissimis a fundamentis templum diuis omnibus sacrum auxerit. Vere præstantissimus princeps, & ut tu quoq; sentis maximo imperio nõ indignꝰ, qui & tuam ad me epistolam legit, qua de ipsius uirtutibus pari gratitate & elegãtia, sed & de Saxonibus q̃q; scribis. Qua de re iussu eius tibi significo non ingratam ei fuisse eam commemorationẽ. Præterea etiam pro magno officio habiturum se, si ex autoribus tuis eruditissimis ad Saxoniam & Saxones pertinentia collegeris, tuum enim iudicium princeps sapientissimus plurimi faciens mihi commisit ut

ad te idipsum scriberem, Quo circa cum sis iam pridem tãti principis obseruantissimus, te scio summa cum uoluptate hæc facturum, Vale.

Sebastianus Sperancius præpositus Brixinensis Cæsareus & Gurcensis secretarius Ioãnni Reuchlin LL. doctori Salutem.

Clarissime doctor Reueren. Dn. meus Gurcensis quom iam pridem ab Augusta thermas petiturus discederem mihi commisit, ut nomine dominationis suæ Reueren. coram explicarem tibi ea quæ alias literis duxerat significanda, uidelicet, se intellexisse binas literas tuas quibus patrocinium suum imploras, Quod quidem patrocinium cum omni fauore & diligentia tanto studio iis rebus tuis pstare uelit, quãtũ tu ipse posses desyderare, & hoc indubie tibi de se polliceri te debere, q̃ speret omnino dominatio sua Reueren. tantum apud maiestatem imperialem se effecturam, ut huiusmodi negocium ex sententia tua breui conficiatur, atq̃ Maiestas Cæsarea autoritate sua oñes illas dissensiones extinguat & tollat. Præterea iniũxit etiam mihi D. Hieronymus Baldung omnem operã suam nomine suo tibi in hac re polliceri, & q̃ oĩno breui eas literas a D. Cãcellario extorquebit, quas forte iandudum extorsisset, nisi grauis ægritudo illa quæ multis diebus cancellarium oppressit, obstetisset. Deditq̃ mihi his inclusum memoriale humanitati tuæ consignãdum. Quapropter esto boni animi, & oẽs curas depone superuacaneas, Eos enim præstantia tua nunc habet in curia nostra patronos & defensores, quorum bona opera non dubito dominationem tuam omnia ex uoto breui habituram. Ego quoq̃ de persona mea qui alias dignitati tuæ operam meam quantulacũq̃ sit lubens obtulí, non prætermittam unquam quantum potero præstare officium boni amici, adeo ut saltem præstantiæ tuæ summa mea erga se affectio aliquando re ipsa innotescat, Reliqua lator præsentium referet, Vale, Ex Vila xxii. Maii. M. D. XIII.

Simon Ribisin Iuris utriusq̃ licentiatus, Apostolici legati de latere Secretarius Ioanni Reuchlin Salutem.

Iam diu nũllas recepi lĩras excellentissime doctor omniũ literatũ doctissime quæ adeo me refecerint, non eo q̃ aliquid in se continerent iocundi Sed q̃ oculis conspexi te prospera donatum ualetudine, qui passim naturæ debitũ persoluisse disseminabaris, id quod doctor Vin

centius Volph inter plæroſq; conuiuantes ueriſſimum eſſe præter fa
ciei ruborem (ut mentiẽtium eſt) aperta fronte retulit, Nullus tamẽ
aderat qui nõ triſtiſſime ferret tam eruditiſſimi omniumq; literarũ
ſcientiis præditi uiri intempeſtiuum obitum. Aderant profecto non
nulli quibus & fama & perenne nomen tuum erat cognitum, qui uix
lachrymas cohibere poterãt. Sed omnem iſtam mœſticiam ademe
rũt nobis ornatiſſimæ literæ tuæ, quæ rem ſatis iuſtam & honeſtam
complectebanẽ, in quo negocio nihil a me diligẽtiæ prætermiſſum
eſt, quo minus uoto tuo potiri poſſis. Quapropter remitto ad te nun
cium cũ ſignatura & minuta, quas pro extractione Bullæ denuo mit
tes. Tanta domini reuerendiſſimi in te eſt beneuolẽtia & liberalitas,
q̃ etiam gratis ubiq; Bullam expediri iubebit, Tu fœliciſſime uale.
Ex Argentina penultima Auguſti. M. D.II.

Raimundus Cardinalis Gurcenſis legatus &c. Ioanni
Reuchlin Phorcenſi LL. doctori Salutem.

Venerabilis & eximie doctor, ſi eam quam cudere nuper nobis pe
tẽtibus promiſiſti orationem de Germania & eius principibus, opta
to fine terminaſti, non poteris in præſentiarum nobis præſtare rem
magis gratam q̃ ut quantocius eam ad nos tranſmittas, Quæ ſi non
eſt plene perfecta, adhibeas omnem operam ut q̃celerrime comple
atur, & ad nos proprio cũ tabellario ſi aliãs commode fieri nequeat
expenſis noſtris afferat, Bene uale. Ex Vlma xxvii. Iunii, M.D.II.
Poſt q̃ ſcripſeramus præſentes, uenit ad manus noſtras oratio tua le
pidiſſima, quæ ſupra modum nobis grata extitit. Optaremus q̃ di-
uortium poſſet celebrari inter te uxoremq; tuam, eius tamen conſen
ſu, quam plurimum noſtro nomine ſaluam eſſe iubebis. Iterum uale
Dat. ut ſupra.

Franciſcus S. Euſtachii diaconus Cardinalis Senenſis
ueneran. uiro D. Ioanni Reuchlin Phorcenſi
LL. doctori Salutem.

Eximie doctor amice ſingulariſſime, accepimus literas ueſtras eru
ditiſſimas, ex quibus quamuis cum ſingulari elegantia, intelleximus
tamen curas & ſollicitudines ueſtras, quas ob abſentiam noſtram ſu
ſcepiſtis. Dolemus certe rem ita ſe habere, uerũ cum ita ſit neceſſitati
tpis uos accommodabitis, Princeps ut ex literis D. ſuæ ad nos uidere
potuiſtis, ſæpe ſe celeriter nuncium miſſurum affirmauit. Quare nil

nobis imputãdum est, quia tempus expectauimus, Petitis a nobis cõ
silium, At quale in rebus tã arduis & uiro doctissimo subministrare
possumus? Exploratissima est uobis mens principis, & quæ nobis scri
psit clare uidistis, in nulla re mentem excellentiæ suæ transgressi su-
mus, & cum singulari diligentia fines mandatorum suorum seruaui
mus, ita & uobis agendum erit, res arduæ sunt, & nos absentes nõ pos
sumus in hac solitudine diuinare, quæ menti pontificis D. reueren-
dissimi Alexandrini cæterorumq; insinuat, D. Bernardinus auditor no
ster si in aliqua re utilis erit uobis assistet, Valete, ex Balneis sancti
Philippi die xvii. Iunii, M. II. D.

Reinherus dux Lotharingiæ & Barri &c. Ioanni
Reuchin Phorcensi LL. doctori salutem.

Magnifice doctor, uestri gratia & amore plurimum freti mitti-
mus in præsentia ad magnificentiam uestram Physicum & consilia
rium nostrum M. Ioannem Claui doctorem, cui nonnulla credidi-
mus eidem magnificentiæ nostro nomine referenda. Eam
proinde uehementer rogatam uolumus, uelitis sibi ac
nobis ipsis si coram essemus fidem habere, signi-
careq; si quicquam a nobis factum iri
uelitis, quandoquidem fructum a
principe bono expetendum
expectare potestis, Valete
fœliciter. Ex Castine
to xx. Iulii, M.
cccc. xci.

Ioannes Reuchlin Phorcensis, præceptori
suo Iacobo Iehiel Loans Iudæo

שלום שלום לרחוק ולקרוב אדוני ר
יעקוב אלופי ומיודעי: ממני
המשתוקק והנכסף לראות פניך
הנעימים להתענג מזיו פניך המאירות
לשמוע למודך הטהור: ועתה באתי
במגלת ספר להודיעך כי שבת לאל
אחרי נסעי ממך הצלחתי בלמודי
והגעתי להשגה גדולה: ידעתי
תשמח ותגיל: אני יוחנן רוחלין
מפורצהיים הכותב ראש חדש כסלו
שנת הרסא: ליד הנכבד ר יעקוב
בכמר יחיאל לואנש:

Latine sic.

Pax pax longinquo & propinquo, Domine mi magister Iacobe dux meus & notus meus, a me qui desydero & concupisco cernere uultum tuum suauissimum ad delectandum de splendore uultus tui lucentis, audiendo doctrinam tuam purissimam, & nunc ueni epistolio libello ut tibi notificem, q̃ (laus deo) post recessum meum abs te profeci in doctrina mea, & peruenī ad consecutionem magnā, scio lætaberis & gaudebis. Ego Ioannes Reuchlin ex Phorcen, scribēs Kalendis Nouembris Anno quinto millenario ducentesimo sexagesimo primo. Ad manum honorabilis magistri Iacobi filii, honore excellentis magistri Iehiel Loans.

Alia epistola.

Iacobus Margolith Primas Iudæorum Ratisponensis na
tione Iudæus, ad Ioannem Reuchlin Phor
censem legum doctorem.

חכם באומות יחי וירום חודו
בשלימות ארוני המעולה בחכמות
דוקטור יוחן תולדותו לבית
אבותיו מעיר פורצו ועבשיו דר בעיר
שטוקורטו: ארוני ראיתי מבוקשתך
ותשוקתך אל הספרים אשר נקבת
בשמותם מחוברים באמרות
צרופות ברברי הקבל אשר היא
חכמה תמימה נעלמה מרוב אנשי
דורינו: ואין רוב הדעות והלבבות
משיגות אותה חכמה לרוב דקותה
ועומקה ובמופלא מן האדם אל
ידרוש כי יש לחוש פן חכמה
יתרבה לו החפסד יתר על התועלת
משל למסתכל בניצוץ השמש
אשר לרוב ויהרורית השמש עיניו
בהות: ודע ארוני שאותם ספרים
אשר ארוני מבקש לא נמצאו פה
לקנות אבל במה שמה איפשר לי
לשרת לארוני הנני עברך מזומן
נאם הק הנקרא יעקב מרגלית:

Latine sic.

Sapiens in populis uiuat & exaltetur gloria eius in probitate domi nus meus promotus in scientiis doctor Ioãnes origine sua quo ad do mum patrum suorum de ciuitate Phorce, & nunc habitat in ciuitate Stokgarten. Domine mi uidi inquisitionem tuam & desyderium tuũ erga libros quos recensuisti nominibus eorum compositos eloquiis purgatis, in uerbis Cabalæ, quæ est sapientia immaculata, abscondita a multis uiris nationis nostræ, Et non sunt multæ noticiæ atq; corda apprehendentia illam sapientiam, eo q̃ multum subtiliata est & profunda & ob occultum ab homine non quæritur, quia est arcanæ philosophiæ, Ne forte sapientia multiplicet ei damnum plus q̃ profectũ, Simile ad ægreferentem in apparentia solis cuius ad multam resplendentiam solis oculi caligant. Et scias domine mi q̃ ii libri quos domi nus meus quærit non inueniuntur hic ad comparandum. Sed in quo hic possibile mihi ad seruiendum domino meo ecce ego seruus tuus paratus, Dixit, humilis uocatus Iacob Margolith.

Demetrius Chalcondyles natione græcus, quippe Atheniensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi.

Δημήτριος χαλκονδύλης Ἰωάννη τῷ Καπνίωνι εὖ πράττειν. ἀνέγνων σοῦ τὴν ἐπιστολὴν ἡδέως, οὐ μόνον ὅτι πρὰ λογίου ἀνδρὸς καὶ χρηστοῦ ἐν ἐρόπον καὶ δὴ καὶ φίλου μοι δι' ἐπιείκειαν γεγενημένου ἐπέμπετο. ἀλλ' ὅτι καὶ ἑλληνιστὶ γέγραπτο. πολλήν τινα εὐφυΐαν παριστῶσα τοῦ συντάξαντος. καὶ δεξιότητα, πρόσετε λόγους ἑλληνικοὺς καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἐπιστήμην. Καὶ δῆτα ἐθαύμαζον λογιζόμενος τίς ποτ' ἂν εἴης λόγοις, ἀνδράσι καὶ λόγων ἑλληνικῶν ἐπιστήμοσι συγγινόμενος, ὁπότε οἴκοθεν καὶ οἷον αὐτομαθὴς γενόμενος, τοσοῦτον ἐν λόγοις ἐπέδωκας, ὥστε καὶ ἑλληνίζειν ἤδη καὶ οὕτω καλὴν καὶ γενναίαν ἐπιστολὴν δύνασθαι συντιθέναι. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ὅτε ἐν ῥώμης ἐπανήκων ἐνθάδε ἡμῖν ἐνέτυχες γράμματα παρ' ἑρμολάου κομίσας, τοιοῦτόν τι ἐκ βραχείας κομιδῆ συνουσίας περὶ σοῦ ἐμαντευόμην ὡς καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ πρὸς ἑρμόλαον τότε πεμφθέντα γράμματα ἐμαρτύρει, δηλοῦντα ἣν περὶ σοῦ καὶ τῆς σῆς ἀγαθῆς καὶ γενναίας φύσεως ὑπόληψιν εἶχον. νῦν δέ γε ὁρῶν σε ἔργῳ μὴ λόγῳ μόνον τοιοῦτο φρόνημα κεκτημένον, μηδὲ ταυτὰ τοῖς πολλοῖς τοῖς χυδαίοις φρονοῦντα, ἥδομαί τε οὐκ ὀλίγα, καί σοι καὶ τῇ σῇ πατρίδι συγχαίρω τοιοῦτον ἄνδρα ἐνεγκαμένῃ, κόσμον αὐτῇ ὑπάρχοντα, καὶ τοῖς ἄλλοις παράδειγμα κάλλιστον ἑαυτὸν καθιστάντα, ὃς καὶ οὖν σαυτοῦ φίλτατον ἀδελφὸν κομιδῆ νέον ὄντα, καὶ

χελὸν ἔτι ξοφοῦ πόμενον οὕτω πόρρω τῆς πατρίδος εἰς γῆν ἀφρόειον καὶ ἀλλοδαπὴν ἀφιγμένας πέμψαι παιδείας ἕνεκα καὶ ἀφορμῆς ἑλληνικῆς πάλαι ῥωμαίοις μιμούμενος. οἱ καίτοι γῆς ἁπάσης χελὸν καὶ θαλάσσης ἄρχοντες τοὺς ἑαυτῶν ὅμως υἱεῖς εἰς ἀθήνας καὶ πανταχοῦ τῆς ἄλλης ἑλλάδος ἔπεμπον παιδείας ἑλληνικῆς καὶ λόγων ῥητορικῶν καὶ φιλοσόφων μεθέξοντας δογμάτων. ταῦτα τοίνυν σε φρονοῦντα καὶ φρονοῦντα, τίς οὐκ ἂν εὖ φρονῶν ἀγάσαιτο τῆς σου μεγαλοψυχίας, καὶ αὐτοὺς τοὺς καθ' ἡμᾶς ἑλληνάσαι καὶ λατίνους, γενναιότητι καὶ τῷ τοῦ καλοῦ ζήλῳ ὑπερβαλόντα, ὧν οἱ πλεῖστοι τῆς τῶν λόγων πουδῆς καὶ τῶν οὐτε νῶν καὶ ἑλληνικῶν μαθημάτων ἀμελήσαντες πρὸς ἄλλοις μᾶλλον τὸν νοῦν ἔχουσι. βαρβάρων ἀλόγων καὶ ὑ τῆς ψυχῆς ἄλογον μόνον θεραπευόντων καὶ προσυβυβόντων οὐδὲ σφόδρα τῶν τε προγόνων ἀμαξία παντάπασι φρόντες σοῦ δὲ ἰδίᾳ μὴν ὑν ἀδελφὸν σωτῆρας ἡμῖν κοινῇ δὲ καὶ αὐτῷ καὶ τὸν ἕτερον πεῖσα, καὶ ἀξιοῦτε ὑμῶν αὐτοῖς προφέρεσθαι καὶ φιλανθρόπως, ἔτι τε ἐκδιδάσκειν αὐτοὺς ὑγιῆ τε καὶ ἐρρωμένην καὶ πρέπουσαν παιδείαν γνησίᾳ γενναίοις ἠθεσίτε καὶ θεωρίας, σφόδρα ἀνάσκοιμι, εἰ μὴ πολὺ τοὺς παῦσασ φιλομαθεῖς τε ὄντας καὶ εὐφυεῖς κἀξαπαθῶν φύσας γενέσιν. καὶ τοιούτοις ἀνδράσιν οἷοι ὑμεῖς ἔστε, πρεσκήκοντας, τοιοῦτοι φαινόμθα, οἱούς ὑμεῖς ἀξιοῦτε βούλοιθε, εὖ ἴσθι, ὅτι τὰ μὴ ἐσ αὐτοὺς πεποιήκαμεν ὁπόσα ὁ νῦν ἀπήτει καιρός. τὰ δ' οὐδὲ ἥττον προθύμως σοῦ γε ἕνεκα ποιοῦμεν τε καὶ ποιήσομεν κατὰ δύναμιν. ἔρρωσο ἀπὸ φλωρεντίας ἰουνίου ἑκκαιδεκάτη. α υ ϛ ά ἔτι.

Latine sic.

Demetrius Chalcondyles Ioanni Reuchlin beneagere.

Legi epistolam tuam perlibenter, non solum q̃ à reputato uiro & bono admodum, iamq̃ amico mihi ob mansuetudinem facto missa est, Sed q̃ & græce scripta est, magnam quandam industriam exhibés componentis, & dexteritatem ad libros græcos atq̃ aliam uniuersam scientiam, Equidem admirabar cogitans quis tandem esses oratione, uiris etiam eloquiorum græcorum gnaris couuersatus, cum domi & quasi teipso discens factus, tantum in sermone præstitisti, ut & græcissare iam & ita pulchram ac nobilem epistolam possis componere. Ego itaq̃ tum cum Roma rediés huc nobis incidisti, literas ab Hermolao portás, tale aliquid ex breui ualde præsentia de te diuinabam, sicut & ipsæ a me ad Hermolaum tunc missæ literæ testabant, significantes quam de te & tua bona generosaq̃ natura opinionem habui. Nunc autem uidens te facto non uerbo solum talem prudentiam adeptum

neq; eadem multis ac uilibus ſapientem, & lætor non parum, & tibi atq; tuæ patriæ congratulor, talem uirum producenti, decus ei exiſtentem, & aliis exemplum pulcherrimum ſeipſum præbentem, qui & tuum dilectiſſimum fratrem germanum ualde iuuenem exiſtentem & fere adhuc alimenti egentem, tam longe a patria ad terram ultramõtanam & peregrinam ſuſtinueris mitti, diſciplinæ gratia & educationis liberalis, Illos quondam Romanos imitatus, qui tametſi terræ uniuerſæ ferme, atq; mari dominantes, ſuos tamen filios Athenas & ubiq; ad aliam græciam miſerunt, diſciplinæ græcæ & ſermonum rhetoricorum philoſophicorumq; participes dogmatum, Iſta itaq; te prouidentem & faciẽtem quis utiq; recte ſapiens nõ admiretur tuam magnanimitatem? & eos qui apud nos ſunt tã græcos q̃ latinos generoſitate & boni imitatione præcellẽtem, quorum plurimi dicẽdi ſtudium & nobilium liberaliumq; diſciplinarum negligentes, ad alia magis animum intendunt, Barbaris irrationabilibus & ipſum animæ irrationabile ſolum curãtibus ac p̃ponentibus nõ diſſimiles, & maioribus ſuis indigna undiquaq; agẽtes, Te aũt priuatim quidem fratrem commẽdante nobis, communiter aũt cum eo & alterum puerum, Et petente benigniter eis præeſſe ac humaniter, adhuc autem & docere eos ſanam & ualidam decentemq; diſciplinam cum bonis & ingenuis tam moribus q̃ contemplationibus, uehementer utiq; iniuſte ageremus, ſi non circa pueros dociles exiſtentes & induſtrios & ex bonis ortos parẽtibus, atq; talibus uiris quales uos eſtis cõiunctos, tales appareamus quales uos optaueritis & uolueritis, Recte igitur ſcito q̃ iſta quidem erga eos fecimus quæcũq; nũc expetit tempus, illa aũt nihilominus propter te fecimus & faciemus pro uiribus, Vale. Ex Florentia xvi. Iunii, M.cccc. Lxxxxi anno.

Georgii Hermonymi natione græci quippe Lacedæmonii ad Ioannem Reuchlin epiſtola.

Γεώρπος ὁρμώνυμος ὁ σπαρτιάτης, Ἰωάννῃ Φορκησίῳ εὖ πράττειν.

Ἐγὼ μὲν δὴ ἄλλοτε ἐθαύμασόν σε τοῦτο τοῦτο τὴν εὐφυΐαν ἣν σοὶ τῶν ἑλλήνων λόγοις ἔχεις, καὶ νῦν τὰ μάλιστα δεξάμενος τὰ παρὰ σοῦ πρός με πεμφθέντα γράμματα οὐκ ὀλίγης εὐμουσίας καὶ χάριτος μεστὰ ἐν ὅ χάριτας τάσ μεγίστας οἶδα σοι τῆς εὐνοίας ἕνεκεν, ὧν πρὸς μὲ δεινύεις δὲ τῶν σῶν γραμμάτων, ἔμελλον δέ σοι εἰς πλάτος ἑλληνιστὶ ἀντιγράφα δοῦναι, εἰ μὴ ὁ τῶν παρόντων δεξιόμενος πρὸς σὲ ἀφικέσθαι ἐπείγοι, ἔρρωσο.

k

Latine sic.

Georgius Hermonymus Spartanus Ioanni Phorcensi beneagere.

Ego quidem & aliás admiratus sum tuum & studium & ingenium quod circa Græcorum libros habes, at nunc maxime, recipiens abs te missas ad me literas non paucæ elegantiæ atq; gratiæ plenas, Propter quod & gratias maximas agnosco tibi beneuolentiæ causa, quam mihi commonstras per tuas literas. Futurus eram autem tibi in amplum græce rescripta dare, nisi præsentium lator ad te ire festinasset. Vale.

Adæ Vuernheri Temarensis Tetrastichon.

Cum tua iam totum fumascat fama per orbem
Quam facile audito nomine notus eris
Vix una in cœna nos sors coniunxit amicos
Et iam distrahimur, Fumule uiue uale.

u. Niuersis præsentes literas inspecturis & audituris Petrus Vassalli in legibus licentiatus, canonicus ecclesiæ secularis & collegiatæ beatissimi Hilarii maioris Pictauis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Vicarius atq; commissarius uenerabilis & circumspecti uiri domini Thomæ de Landaz thesaurariiq; ecclesiæ beatissimi Hilarii maioris Pictauis prædictæ, ac ratione dictæ thesaurariæ Cãcellarii almæ matris uniuersitatis uenerabilis & fructiferi studii generalis Pict. ab eodẽ præfato dño Cancellario solus & in solidum ad infra scripta specialiter deputatus Salutem in eo qui est omnium sciẽtiarum caput & autor atq; mirificus dispensator. Dignum nanq; & rationi consonum existit, q; iurisperiti qui uitam suam laudabilem ostenderunt, & docẽdi peritiam & interpretandi subtilitatem patefecerũt, quibus morum grauitas, laborum assiduitas & stipendiorum prolixitas suffragentur, prout & ueteribus placuit laudabiliter decorentur, ad gradum ascendere permittantur celsiorem. Cum itaq; uenerabilis & scientificus uir magister Iohannes Reuchlin Phorcensis diocesis Spirensis, in legibus baccalaurius, de cuius facundia eloquio ue & doctrina, discretaq; morum honestate fama funditus diuulgata consistit, de quo etiam tam in collationibus quæstionum responsionibus q; argumentorum dissolutionibus laudabile testimoniũ perhibetur, in præfata alma uniuer-

ſitate atq; ſtudio Pictauenſi iura ciuilia ſub auditorio reuerendorum patrum & dominorum Dn. Bernardi Durandi & Hugonis de Banza, utriuſq; iuris eximiorum profeſſorum doctorumq; ſuorum actu in alma uniuerſitate Pictauenſi in facultate legum regẽtium continue per tempora ſufficientia audierit, & deinde poſt auditionis & lecturæ ſuæ tempora completa, ſecundum ſtatutorum ſtudii prædicti exigentiam atq; per eminentis ſcientiæ uiros dominos doctores, & collegium doctorum in eodem ſtudio regentium diligenter cum rigore in camera examinis eorũdem in noſtra præſentia examinatus & pro idoneo repertus, ad licentiã publicam ſibi per nos obtinendã & recipiẽdam nobis prædicto uicario & commiſſario præſentatus fuerit, nos requirendo dicto baccalaurio licentiam publicam ſibi per nos impertiri. Notum igitur facimus per præſentes, q; nos præſentationi & requiſitioni prædictorum doctorum benignitatibus annuentes, expoſcentibus meritis dicti baccalaurii retributione condignis, quem de morum honeſtate q̃ plurimum commendandum comperimus, hodie in prædicta eccleſia beatiſſimi Hilarii, die ſiquidem pro licẽtia publica ſibi & aliis nobis ad eam ſimiliter recipiendam præſentatis, impertiendæ in comitiua totius uniuerſitatis Pictauenſis propter hoc inibi congregatæ, pariter & reuerendorum patrum & dominorum Abbatum magiſtrorum doctorum lectorum & nobilium ibidem conſiſtentium aſſignata, præfatum magiſtrum Ioannem Reuchlin Phorcenſem Licenciatum in iure ciuili creauimus & creamus per præſentes, eidemq; legendi docẽdi interp̃tandi & publice diſputãdi in dicto iure ciuili, Et oĩa alia & ſingula faciendi gerendi & libere exercendi quæ ad uerum licẽtiatũ in dicto iure ciuili noſcuntur quomodolibet pertinere, hic & ubiq; terrarum ſe duxerit tranſferendum dedimus & conceſſimus, tenoreq; præſentium damus & concedimus licentiam & liberam facultatem, iuramentoq; ab eodem nobis præſtito, Qd̃ nobis dicto domino cancellario & rectori huius almæ uniuerſitatis Pictauenſis eorũq; ſucceſſoribus parebit in licitis & honeſtis, Et q̃ nec auxilium, conſiliũ uel fauorem contra perſonam dicti domini cãcellarii ſucceſſorumq; ſuorum iuraq; dictæ ſuæ cãcellariæ p̃tabit quoquo modo in futurũ. Statutaq; eiuſdẽ uniuerſitatis Pictauenſis iuraq; & prærogatiuas ipſius domini cancellarii ſucceſſorumq; ſuorum inuiolabiliter obſeruabit, ad quemcunq; ſtatum peruenerit. Et quanquam ſecundum ſtatuta di

ctæ nostræ uniuersitatis Pictauensis dictus Reuchlin iuramentum no bis præstiterit de non recipiendo insignia doctoratus alibi q̃ in hac al ma uniuersitate Pictauensi, uisis tñ & discussis nonnullis rationabilibus causis, nos una cũ collegio doctorum earundem facultatũ ad hoc expresse consentientiũ dictum Reuchlin dispensauimus & dispensamus per p̃sentes de recipiendo insignia doctoratus quando & ubi uoluerit In cuius rei testimonium, sigillum dictæ thesaurariæ cui prædictæ can cellariæ officium est annexum præsentibus literis duximus apponen dum. Datum & actum in prædicta ecclesia beatissimi Hilarii maioris Pictauis die xiii. mẽsis Iunii. Anno M. CCCC. octogesimo primo.

Ridericus diuina fauente clementia Romanorum Im perator semper Augustus Hungariæ, Dalmatiæ, Croa-
f tiæ &c. Rex, ac Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ dux, dominus Marchiæ sclauonicæ, & portus naonis, Co mes in Habspurg, Tirolis, Phirretis & in Kiburg. Marchio Burgouiæ & Lantgrauius Alsatiæ, Honorabili Iohanni Reuchlin ar tium & legũ doctori sacri lat. Palatii, aulæq; nostræ & imperialis con sistorii comiti, necnon nostro & imperii sacri fideli dilecto gratiam Cæsaream & omne bonum. Honor imperatoriæ maiestatis eiusq; gloria in excelso solio collocata tãto amplioribus commendationũ exaltatur preconiis, tantoq; gratioribus fidei & deuotionũ impendiis fulcitur, quanto indesinentis suæ uirtutis donaria, largiori benignita tis munere copiosius fuderit in subiectos, quos pro nostris & ipsius sa cri imperii honoribus probatione multiplici constat feruentibus stu diis insudasse. Sic a coruscante splendore imperialis solii nobilitates aliæ uelut è sole radii prodeuntes, ita fidelium status & conditiones il lustrant q; primæuæ lucis integritas minorati luminis detrimenta nõ patitur, immo amplioris undiq; emutilantis iubaris expectato decore profunditur, dum in circuitu sedis Augustalis illustriũ Comitum Ba ronum nobilium & procerum camerus ad imperii sacri decorem fœ liciter adaugetur, Sane ad nobilitatem & multum consyderandã tuæ circumspectionis industriam aliaq; multiplicia uirtutum tuarum insi gnia, nobiscum sæpenumero & intra arcana pectoris nostri reuoluen tes, cogitare plærunq; solemus, quonam te potissimum munere & di-

gno ornamenti titulo ac beneficentiæ dono decoremus. Et ut te præcipuis erga nos & Romanum imperium meritis a Cæsareano fastigio præ aliis sentias præcipuo fulgore illustratum, futurisq; temporibus fixa & stabilis nostræ imperialis largitionis memoria in te præcellentius resplendescat. Te igitur Ioannem Reuchlin memoratum quē uirtutum claritas & laudabilium morum uenustas speciali decore reddit insignem, animo deliberato non per errorem aut improuide sed sano Principum, Comitum, Baronū & procerum nostrorum & imperii sacri fidelium dilectorum accedente consilio, motu proprio, de certa nostra scientia & imperialis plenitudine potestatis, sacri lat. palatii aulæq; nostræ & imperialis cōsistorii Comitē facimus, creamus, erigimus, nobilitamus, attollimus & autoritate nostra imperiali gratiosius insignim⁹, Decernētes & hoc imperiali statuētes edicto, q̄ tu ex nūc in antea oibus priuilegiis, iuribus, emunitatibus, honoribus, cōsuetudinibus & libertatibus frui debeas & gaudere, quibus sacri lat. palatii comites hactenus freti sunt seu quomodolibet potiunt cōsuetudine uel de iure, Qd'q; possis & ualeas per totum Romanum imperium facere & creare notarios publicos seu tabelliones & iudices ordinarios, ac uniuersis personis quæ fide dignæ habiles & idoneæ sint notariatus seu tabellionatus & iudicatus ordinarii officium concedere & dare, & eos ac eorum quemlibet autoritate imperiali de prædictis per pennam & calamarium inuestire prout moris est, Dum tamen ad practicā & executionem habiles & idoneos inueneris, super quo tuam conscientiam oneramus. Dummodo tamen ab ipsis notariis publicis seu tabellionibus & iudicibus ordinariis per te faciendis & creandis ut præmittitur & eorum quolibet uice & nomine sacri imperii & pro ipso Romano imperio debitum fidelitatis recipias corporale & proprium iuramentum, in hunc modum uidelicet, q̄ erunt nobis & sacro Romano imperio & omnibus successoribus nostris Romanorū imperatoribus & regibus legitime intrātibus fideles, nec unquam erunt in consilio ubi nostrum periculum tractetur, sed bonum & salutem nostram defendent & fideliter promouebūt. Damna nostra pro sua possibilitate euitabunt & auertent, Præterea instrumenta tam publica q̄ priuata ultimas uoluntates, codicillos, testamenta quæcunq; iudiciorum acta & omnia & singula quæ illis & cuilibet ipsorum ex debito dictorum officiorum facienda occurrerint, uel scribenda iuste pure fideliter omni

simulatione, machinatione falsitatē & dolo remotis scribēt legent & facient, non attendētes odium, pecuniam, munera, uel alias passiones aut fauores, Scripturas uero quas debebunt in publicam formam redigēte, in membranis mundis non in chartis abrasis neq; papyreis fideliter conscribent legent facient atq; dictabunt, causasq; hospitalium & miserabilium personarum necnon pōtes & stratas publicas pro uiribus promouebūt, Sententias & dicta testium donec publicata fuerint & approbata sub secreto fideliter retinebunt, & omnia alia & singula recte & iuste facient, quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebunt consuetudine uel de iure. Qdq; huiusmodi notarii publici seu tabelliones & iudices ordinarii per te creandi possint per totum sacrum Romanum imperium & ubilibet terrarum facere conscribere & publicare contractus, instrumenta, iudicia, testamenta & ultimas uolūtates decreta & autoritates interponere in quibuscunq; contractibus requirentibus illas uel illas, ac omnia & singula alia facere publicare & exercere quæ ad officium publici notarii seu tabellionis & iudicis ordinarii pertinere & spectare noscuntur. Insuper eadem Cæsarea autoritate prædicta ex certa scientia motuq; simili tibi concedimus & largimur, q; possis & ualeas Naturales, Bastardos, Spurios, Mamseres, nothos, incestuosos copulatiue aut disiūctiue & quoscunq; alios ex illicito & damnato coitu procreatos uiuentibus uel etiam mortuis eorum parentibus legitimare, Illustrium tamen principum, comitum, baronumq; filiis duntaxat exceptis, & eos ad omnia iura legitima restituere & reducere, omnemq; genituræ maculam penitus abolere, ipsos restituendo & abilitādo ad omnia & singula iura successionum & hæreditatū bonorum paternorum & patrimonialium etiam feudaliū & emphyteoticorum, & generis cuiuscunq; alterius etiam ab intestato cognatorum etiam agnatorumq; Et ad honores & dignitates singulos actus legitimos, ac si essent de legitimo matrimonio procreati, obiectione prolis illicitæ penitus quiescente. Eq; ipsorum legitimatio facta ut supra pro legitime facta maxime teneatur & habeatur, ac si foret cum omnibus solennitatibus iuris quarum defectus specialiter autoritate nostra imperiali suppleri uolumus & intendimus, Dummodo legitimationes huiusmodi per te faciendæ non piudicent filiis legitimis & hæredibus, sed ipsi legitimandi cum legitimis æquis portionibus suis succedant parentibus & agnatis. Non obstantibus in prædictis aliqui-

bus legibus,quibus cauetur,q̃ naturales,bastardi,spurii,incestuosi co
pulatiue uel disiunctiue uel alii quicunq; de illicito coitu procreati
aut procreandi non possint uel debeant legitimari sine consensu &
uoluntate filiorum naturalium & legitimorum,ac aliis quibuscunq;
legibus iuribus constitutionibus seu cõsuetudinibus præsenti nostro
indulto & concessioni quouis modo cõtraueniẽtibus, quibus omni
bus & singulis & cuilibet ipsarum uolumus expresse de certa nostra
scientia derogari,Et etiam non obstantibus in prædictis aliquibus
legibus aliis,etiam si tales essent quæ deberent exprimi & de eis fieri
mentio specialis,quibus obstantibus & obstare ualentibus in hoc ca
su duntaxat ex certa scientia & de plenitudine nostræ imperialis po
testatis rationabiliter derogamus & derogatũ esse uolumus per præ
sentes.Eadem etiam autoritate omnem solennitatem iuris si qua in
superioribus requireretur & quemlibet alium defectum supplentes.
Præterea singularibus donis quibus tu aliis te munificũ reddere ua
leas & acceptũ præuenire cupientes,tibi ut in facultate aut facultati
bus quibus malueris uiros scholasticos ad hoc idoneos & sufficiẽtes
decem doctores tãtum,adhibitis tamen in qualibet creatione ad mi
nus doctoribus tribus de professione eius qui creandus erit,si in loco
fueris ubi doctorum copia haberi potest,sin minus,quos ipse iudi-
caueris hac promotione dignos facere creare & promouere, illis
quoq; consueta ornamenta & insignia doctoralia concedere & con
ferre possis & ualeas autoritate nostra imperiali præsentium per te-
norem,plenam concedimus potestatem & facultatem. Volentes q̃
illi per te in doctores promoti & promouẽdi in locis omnibus & ci
uitatibus Romani imperii & ubiq; terrarum libere debeant & pos-
sint doctorales actus facere & exercere,omnibusq; & singulis gaude-
re & uti priuilegiis prærogatiuis & exemptionibus libertatibus & cõ
cessionibus honoribus præeminentiis & fauoribus ac indultis & gra
tiis aliisq; quibuslibet quibus cæteri doctores in studiis priuilegiatis
& generalibus necnon in curia nostra imperiali merentes gaudẽt &
utuntur,uti & gaudere possint quotiescunq; dolibet in futurum. Et ut tu
Ioannes Reuchlin memorate ab imperiali culmine uberiori te gra
tia affectum intelligas,ex certa nostra scientia & imperialis potesta
tis plenitudine te & Dionysium Reuchlin fratrem & germanum tu
um necnon liberos uestros ex lumbis uestris legitime descendentes

tam masculos q̃ fœminas ad nobilium uirorum gradus & insignia nobilitauimus, nobiles fecimus, constituimus, creauimus & insigniuimus, nobilitamus, nobiles facimus, constituimus, creamus, & nobilitatis fastibus & titulis uigore præsentium clementer insignimus, & uos iuxta qualitatem humanæ conditionis nobiles dicimus & nominamus. Et ab uniuersis & singulis personis cuiuscunq; conditionis præeminentiæ status & dignitatis existant pro ueris nobilibus haberi dici & nominari uolumus et reputari. Hoc imperiali statuẽtes edicto & eadem autoritate expresse decernimus, q̃ uos fratres supra scripti & qui ex uobis legitime nascentur eorumq; hæredes deinceps ab hinc ubicunq; locorum & terrarum in iudicio et extra in rebus spiritualibus et temporalibus ecclesiasticis & prophanis etiam si in præsentibus de ipsis fuerit facienda mentio specialis, necnon in omnibus & singulis exercitiis actibus & studiis illis honoribus dignitatibus officiis libertatibus insigniis priuilegiis gratiis & indultis modo supra scripto gaudere uti & frui possitis & debeatis, quibus sacri imperii Romani nobiles de nobili procreati prosapia gaudent utũtur et fruuntur, & ad quæ admittuntur & recipiuntur quomodolibet cõsuetudine uel de iure, ac si de quatuor auis paternis & maternis militaribus geniti & procreati essetis. Cæterum & ut uberioris beneficentiæ nostræ dono meritis uestris exigẽtibus a nobis uos sentiatis abũdantius exornari, uobis ac hæredibus uestris legitime ex lumbis uestris descẽdentibus arma illa & insignia superius designata uidelicet Scutũ coloris cesii alias lasurii appellati, in cuius medio Ara aurea cum accensis carbonibus & fumo, inscripta in quadro his literis, Ara Capnionis. Scuti autem summo imposita galea torneamẽti, uiridis lauri serto coronata & cesiis aureisq; teniis redimita, Citream molẽdini rotam cõtinet, quemadmodum in medio præsentium pictoris arte clarius cernunt figurata, autoritate nostra cæsarea de nouo gratiose cõcedimus & largimur, Volẽtes atq; prædicta imperiali decernẽtes autoritate, q̃ uos præfati Reuchlin & hæredes uestri legitimi ex lumbis uestris descendentes iisdem armis & insigniis tam ioco q̃ serio in torneamentis, hastiludiis, pugnis, bellis, duellis, uexillis, sepulchris, sigillis, annulis, & aliis clenodiis siue actibus nobilium militarium ac armigerorum more deferre & gestare, ac eis uti & frui possitis & debeatis, ac ipsi possint & ualeant contradictione & impediměto

cessante quorumcunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hac no
stræ creationis decreti statuti concessionis, derogationis, nobilitati
onis, armorum concessionis & uoluntatis, gratiæ paginam infringe
re, aut ei quouis ausu temerario cõtraire, sub pœna nostræ indigna
tionis grauissima, & quadraginta Marcarum auri puri, quas
contra facientes totiens quotiens contra factum fuerit,
ipso facto se nouerint irremissibiliter incursuros
Quarum medietatem imperialis Fisci siue
ærarii, residuam uero partem iniuri
am passorum usibus decerni
mus applicari. Præsen-
tium sub nostri im
perialis Maie
statis Si-
gilli
appensione te
stimonio literarum. Dat.
in oppido nostro Lyntz, die ui
cesima quarta mensis octobris. Anno
domini millesimo quadringentesimo nona
gesimo secundo. Regnorum nostrorum Romani
quinquagesimo tertio, Imperii quadragesimo primo.
Hungariæ uero tricesimo quarto.

T
E Λ O
Σ

Landes-
Bibliothek
Karlsruhe

Errata quæ inter imprimendum euenere quædam obiter apprehendimus.

C ii. facie secunda in epistola Adol. Occi medici legas ὃς τύραν-νος ἂν, non οὐ τύραμμος.

Ibidem ἐν φίλοις βεβῶσαν cum circumflexo in penul.

D i. uersu tredecimo. Ex illo Dmoadum pyrgo, non dinoadum, & ibidem, Græci nanq; Dmoadas appellant &c. non dinoades.

Ibidem uersu sexto, et orator esset, punctum post esset.

D ii. facie secunda, uersu tertio, quid cui conferendum sit, legas.

E v. facie secunda, ἱστεῖα non ἱστια.

Tubingæ per Thomam Anshelmum Badensem, Mense Martio, Anno M.D.XIIII.

Landesbibliothek Karlsruhe

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg